ma est : et non est qui adiuvet.

Circumdederunt me vituli multi
: tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum :
sicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effusus sum : et dis
persa sunt omnia ossa mea. Factum
est cor meum tamquam cera liquescens
: in medio ventris mei. Aruit
tamquam testa virtus mea et lingua
mea adhesit faucibus meis
: et in pulverem mortis deduxisti
me. Quoniam circumdederunt me
canes multi : concilium malig
nancium obsedit me. Foderunt
manus meas et pedes meos
: dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi
vero consideraverunt et inspexerunt
me diviserunt sibi vestimen
ta mea : et super vestem meam
miserunt sortem. Tu autem domi
ne ne elongaveris auxilium tuum
a me : ad defensionem meam
conspice. Erue a framea deus
animam meam : et de manu canis
unicam meam. Salva me ex
ore leonis : et a cornibus uni
cornium humilitatem meam. Nar
rabo nomen tuum fratribus meis :
in medio ecclesie laudabo te. Qui
timetis dominum laudate eum : uni
versum semen iacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen israel
: quoniam non sprevit neque despexit
deprecationem pauperis. Nec avertit

faciem suam a me: et cum clamarem
ad eum exaudivit me. Apud te
laus mea in ecclesia magna
: vota mea reddam in conspectu
timencium eum. Edent pauperes et
saturabuntur et laudabunt dominum
qui requirunt eum: vivent corda
eorum in seculum seculi. Reminiscentur
et convertentur ad dominum: universi
fines terre. Et adorabunt in
conspectu eius: universe familie
gencium. Quoniam domini est regnum:
et ipse dominabitur gencium. Man-
ducaverunt et adoraverunt omnes
pingues terre in conspectu eius
: cadent omnes qui descendunt
in terram. Et anima mea illi vi-
vet: et semen meum serviet ipsi.
Annunciabitur domino generacio
ventura: et annunciabunt
celi iusticiam eius: populo qui nas-
cetur quem fecit dominus. ps
Dominus regit me et nichil mi-
chi deerit: in loco pascue ibi
me collocavit. Super aquam
refeccionis educavit me: animam
meam convertit. Deduxit me super
semitas iusticie: propter nomen
suum. Nam et si ambulavero
in medio umbre mortis: non
timebo mala quoniam tu mecum es.
Virga tua et baculus tuus
: ipsa me consolata sunt. Pa-
rasti in conspectu meo mensam:
adversus eos qui tribulant me.
Inpinguasti in oleo caput meum: et ca-
lix meus inebrians quam preclarus
est. Et misericordia tua subsequetur me:
omnibus diebus vite mee. Et ut in-
habitem in domo domini: in longi-
tudine dierum. ps gla
Domini est terra et
plenitudo eius: orbis terrarum
et universi qui habitant in eo. Quia
ipse super maria fundavit eum: et
super flumina preparavit eum. Quis as-
cendet in montem domini: aut quis
stabit in loco sancto eius. Innocens
manibus et mundo corde qui non
accepit in vano animam suam: nec iu-
ravit in dolo proximo suo. Hic ac-
cipiet benediccionem a domino: et misericordiam
a deo salutari suo. Hec est genera-
cio querencium eum: querencium faci-
em dei iacob. Attollite portas
principes vestras et elevamini por-
te eternales: et introibit rex
glorie. Quis est iste rex glorie: do-
minus fortis et potens dominus
potens in prelio. Attollite por-
tas principes vestras et elevamini
porte eternales: et introibit
rex glorie. Quis est iste rex glorie:
dominus virtutum ipse est rex glorie. ps
Ad te domine levavi animam meam:
Deus meus in te confido non
erubescam. Neque irrideant me
inimici mei: et enim universi qui
sustinent te non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agen
tes supervacue. Vias tuas domine
demonstra mihi: et semitas tuas edo
ce me. Dirige me in veritate tu
a et doce me quia tu es deus salva
tor meus: et te sustinui tota die
Reminiscere miserationum tuarum domine
et misericordiarum tuarum que a seculo sunt. De
licta iuventutis mee: et ignoran
tias meas ne memineris. Se
cundum misericordiam tuam memento mei tu
propter bonitatem tuam domine. Dulcis
et rectus dominus: propter hoc dabit le
gem delinquentibus in via. Diri
get mansuetos in iudicio: doce
bit mites vias suas. Universe vie
domini misericordia et veritas requirentibus
testamentum eius: et testimonia
eius. Propter nomen tuum domine propi
tiaberis peccato meo: multum est enim
Quis est homo qui timet domi
num: legem statuit ei in via quam
elegit. Anima eius in bonis demo
rabitur: et semen eius hereditabit
terram. Firmamentum est dominus time
tibus eum: et testamentum ipsius ut
manifestetur illis. Oculi mei
semper ad dominum: quoniam ipse evel
let de laqueo pedes meos. Re
spice in me et miserere mei quia
unicus et pauper sum ego. Tri
bulationes cordis mei multi
plicati sunt: de necessitatibus meis
erue me. Vide humilitatem

meam et laborem meum: et di
mitte universa delicta mea
Respice inimicos meos quoniam
multiplicati sunt: et odio iniquo
oderunt me. Custodi animam
meam et erue me non erubes
cam quoniam speravi in te. Inno
centes et recti adheserunt
mihi quia sustinui te. Libera
deus israel ex omnibus tribulatio
Iudica me do nibus suis. Gloria
mine quoniam ego in innocen
tia mea ingressus sum: et in
domino sperans non infirmabor.
Proba me domine et tempta me
ure renes meos et cor meum
Quoniam misericordia tua ante oculos me
os est: et complacui in veritate
tua. Non sedi cum concilio va
nitatis: et cum iniqua geren
tibus non introibo. Odivi
ecclesiam malignantium: et cum im
piis non sedebo. Lavabo inter
innocentes manus meas: et
circumdabo altare tuum domine. Ut
audiam vocem laudis tue
et enarrem universa mirabi
lia tua. Domine dilexi decorem
domus tue: et locum habitationis
glorie tue. Ne perdas cum impiis
deus animam meam: et cum viris
sanguinum vitam meam. In quorum
manibus iniquitates sunt:
dextera eorum repleta est mu

venib; Ego aut in innocen
cia mea ingressus sum: rede
me et miserere mei. Pes em
meus stetit in directo: in ecclesijs
benedicam te dne. psalmus xx
Deus i noie tuo salvu me fac
et i virtute tua libera me. D
eus exaudi oronem meam: au
rib; percipe vba oris mei. Qm
alieni insurrexerunt adversu
me et fortes quesierunt aiam
meam: et no proposuerunt deum ante conspcm tu
um. Ecce eni deus adiuvat me
: et dns susceptor est aie mee. A
verte mala i inimicis meis: et in ve
ritate tua disperde illos. Volun
tarie sacrificabo tibi et confitebor
noi tuo dne: qm bonu est. Qm
ex omi tribulacone eripuisti
me: et sup i inimicos meos de
spexit oculus meus. ps xx gla
Confitemini dno qm bonus
qm i sclm mia ei9. Dicat
nunc isrl qm bonus: qm i sclm
mia ei9. Dicat nunc dom9 aa
ron qm bon9: qm i sclm mia
ei9. Dicant nunc qui timent do
minu qm bon9: qm in sclm
mia ei9. De tribulacone inuo
cavi dnm: et exaudivit me
i latitudine dns. Dns m adiu
tor: no timebo quid faciat
m ho. Dns m adiutor: et
ego despiciam i inimicos meos

Bonu est cofidere i dno: qua co
fidere i homine. Bonu est spera
re i dno: qua sperare i principib;
Omes gentes circuierunt me: et
i noie dni qr ultus su i eos
Circudantes circudederunt me
: et in noie dni qr ultus su i
eos. Circudederunt me sicut a
pes et exarserunt me sicut ig
nis i spinis: et i noie dni qr
ultus su i eos. Impulsus eu
sus su ut caderem: et dns susce
pit me. Fortitudo mea et laus
mea dns: et factus est m i salute
Vox exultatonis et salutis: in
tabernaculis iustorum. Dextera dni
fecit virtute dextera dni exaltavit
me: dextera dni fecit virtute. N
on moriar s; vivam: et narrabo
opa dni. Castigans castiga
vit me dns: et morti no tradi
dit me. Aperite m portas ius
ticie ingressus i eas confitebor
dno: hec porta dni iusti intra
bunt i eam. Confitebor tibi qm
exaudisti me: et factus es m i
salute. Lapidem que reproba
verunt edificantes: hic factus e
i caput anguli. A dno factu est
istud: et est mirabile i oculis
nris. Hec est dies qm fecit do
min9: exultem9 et letemur
i ea. O dne salvu me fac o do
mine bn prosperare: benedictus

qui uenit in nomine domini. Benedixi
mus uobis de domo domini: deus dominus et
illuxit nobis. Constituite diem sollemp
nem in condensis usque ad cornu al
taris. Deus meus es tu et confitebor
tibi: deus meus es tu: et exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me
et factus es mihi in salutem. Confitemini
domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Beati immaculati in uia: qui
ambulant in lege domini. Beati qui
scrutantur testimonia eius: in toto cor
de exquirunt eum. Non enim qui o
perantur iniquitatem: in uiis eius am
bulauerunt. Tu mandasti: manda
ta tua custodiri nimis. Utinam
dirigantur uie mee: ad custodien
das iustificationes tuas. Tunc non
confundar: cum perspexero in omnibus
mandatis tuis. Confitebor tibi in
directione cordis: in eo quod di
dici iudicia iusticie tue. Iustifi
cationes tuas custodiam: non me
derelinquas usquequaque. In quo
corrigit adolescentior uiam suam:
in custodiendo sermones tuos. In
toto corde meo exquisiui te: ne
repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia
tua: ut non peccem tibi. Benedictus
es domine: doce me iustificationes
tuas. In labiis meis pronunciaui
omnia iudicia oris tui. In uia
testimoniorum tuorum delectatus sum:

sicut in omnibus diuitiis. In man
datis tuis exercebor: et consi
derabo uias tuas. In iustifi
cationibus tuis meditabor: non ob
liuiscar sermones tuos. Gloria.
Retribue seruo tuo uiuifica
me: et custodiam sermones
tuos. Reuela oculos meos: et
considerabo mirabilia de le
ge tua. Incola ego sum in ter
ra: non abscondas a me man
data tua. Concupiuit anima me
a desiderare iustificationes tu
as: in omni tempore. Increpasti
superbos: maledicti qui decli
nant a mandatis tuis. Aufer
a me obprobrium et contemp
tum: quia testimonia tua exqui
siui. Etenim sederunt principes
et aduersum me loquebantur: ser
uus autem tuus exercebatur in iusti
ficationibus tuis. Nam et testimo
nia tua meditatio mea est:
et consilium meum iustificationes
tue. Adhesit pauimento anima
mea: uiuifica me secundum uerbum
tuum. Uias meas enunciaui
et exaudisti me: doce me ius
tificationes tuas. Uiam iustifi
cationum tuarum instrue me: et
exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea pre te
dio: confirma me in uerbis tuis.
Uiam iniquitatis amoue a me

et de lege tua miserere mei. Viam
veritatis elegi: iudicia tua non sum
oblitus. Adhesi testimoniis tu-
is domine: noli me confundere. Vi-
am mandatorum tuorum cucurri: cum
dilatasti cor meum. Symbolum

Quicumque vult salvus esse: ante
omnia opus est ut teneat ca-
tholicam fidem. Quam nisi quisque
integram inviolatamque servave-
rit: absque dubio in eternum peribit.
Fides autem katholica hec est: ut
unum deum in trinitate et trinitatem
in unitate veneremur. Neque con-
fundentes personas: neque substantiam se-
parantes. Alia est enim persona patris
alia filii: alia spiritus sancti. Sed patris
et filii et spiritus sancti: una est divinitas
equalis gloria: coeterna maiestas.
Qualis pater talis filius: talis spiritus
sanctus. Increatus pater increatus fi-
lius: increatus spiritus sanctus. Inmensus
pater inmensus filius: inmensus
spiritus sanctus. Eternus pater eternus filius
eternus spiritus sanctus. Et tamen non tres
eterni: sed unus eternus. Sicut non tres
increati nec tres inmensi: sed unus in-
creatus et unus inmensus. Similiter
omnipotens pater omnipotens filius: omnipotens
spiritus sanctus. Et tamen non tres omni-
potentes: sed unus omnipotens. Ita deus
pater deus filius: deus spiritus sanctus. Et
tamen non tres dii: sed unus est deus.
Ita dominus pater dominus filius: dominus spiritus
sanctus. Et tamen non tres domini: sed unus est dominus.

Quia sicut singillatim unamquamque
personam deum et dominum con-
fiteri christiana veritate compel-
limur: ita tres deos aut dominos
dicere catholica religione prohi-
bemur. Pater a nullo est factus
nec creatus nec genitus. Filius
a patre solo est: non factus nec cre-
atus sed genitus. Spiritus sanctus a patre
et filio non factus nec creatus nec
genitus sed procedens. Unus ergo pa-
ter non tres patres: unus filius
non tres filii: unus spiritus sanctus
non tres spiritus sancti. Et in hac
trinitate nichil prius aut poste-
rius: nichil maius aut minus:
sed tote tres persone coeterne sibi sunt
et coequales. Ita ut per omnia sicut
iam supra dictum est: et unitas in
trinitate et trinitas in unitate ve-
neranda sit. Qui vult ergo salvus
esse: ita de trinitate sentiat. Sed
necessarium est ad eternam salutem
ut incarnationem quoque domini nostri
ihesu christi fideliter credat. Est ergo
fides recta ut credamus et confi-
teamur: quia dominus noster ihesus christus dei
filius: deus et homo est. Deus
est ex substantia patris ante secula ge-
nitus: et homo est ex substantia matris in
seculo natus. Perfectus deus perfectus
homo: ex anima rationali et huma-
na carne subsistens. Equalis
patri secundum divinitatem: minor
patre secundum humanitatem. Qui licet

deus sit et homo: non duo tamen sed unus
est christus. Unus autem non conversione di-
vinitatis in carnem: sed assumptione huma-
nitatis in deo. Unus omnino non con-
fusione substancie: sed unitate perso-
ne. Nam sicut anima racionalis et caro
unus est homo: ita deus et homo unus
est christus. Qui passus est pro salute
nostra descendit ad inferos: tercia die
resurrexit a mortuis. Ascendit
ad celos sedet ad dexteram dei pa-
tris omnipotentis: inde venturus
est iudicare vivos et mortuos.
Ad cuius adventum omnes homines re-
surgere habent cum corporibus suis:
et reddituri sunt de factis propriis racionem.
Et qui bona egerunt ibunt in vitam
eternam: qui vero mala in ignem eternum.
Hec est fides catholica quam nisi
quisque fideliter firmiterque crediderit
salvus esse non poterit. Gloria patri.
Antiphona. Gloria tibi trinitas equalis
una deitas et ante omnia secula et
nunc et in perpetuum. Psalmus. Deus
exaudi oracionem meam auribus per-
cipe verba oris mei. Capitulum. Domine mise-
rere nostri te enim expectavimus: esto brachi-
um nostrum in mane et salus nostra
in tempore tribulacionis. Deo gracias. R.
Christe fili dei vivi miserere nobis. V.
Qui sedes ad dexteram patris. Miserere
nobis. V. Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Christe fili. V. Exurge domine adiuva
nos et libera nos propter nomen tuum.

Kyrieleyson. Christe eleyson. Pater noster. V.
Et ne nos. Sed libera. V. Vivet
anima mea et laudabit te. Et
iudicia tua adiuvabunt me.
V. Erravi sicut ovis que periit:
quere servum tuum domine quia manda-
ta tua non sum oblitus. Credo
videre. Carnis resurrectionem: et vi-
tam eternam. Amen. V. Et ego ad
te domine clamavi Et mane oracio
mea preveniet te. V. Repleatur
os meum laude tua ut cantem
gloriam tuam tota die magni-
tudinem tuam. V. Domine averte fa-
ciem tuam a peccatis meis Et omnes
iniquitates meas dele. V. Cor
mundum crea in me deus Et spiritum
rectum innova in visceribus meis.
V. Ne proicias me a facie tua:
Et spiritum sanctum tuum ne auferas
a me. V. Redde mihi leticiam salu-
taris tui Et spiritu principali con-
firma me. V. Eripe me domine
ab homine malo a viro iniquo
eripe me. V. Eripe me de inimi-
cis meis deus meus Et ab insurgen-
tibus in me libera me. V. Eripe
me de operantibus iniquitatem
Et de viris sanguinum salva me.
V. Sic psalmum dicam nomini tuo in
seculum seculi Ut reddam vota mea
de die in diem. V. Exaudi nos deus
salutaris noster Spes omnium finium
terre et in mari longe. V. Deus

in adiutorium meum intende domine
ad adiuvandum me festina V. Gloria
deus sancte fortis sancte et immortalis
lis: miserere nobis V. Benedic anima me
a domino Et omnia que intra me sunt nomini
sancto eius V. Benedic anima mea domino
et noli oblivisci omnes retribu
tiones eius V. Qui propiciatur omnibus
iniquitatibus tuis Qui sanat omnes
infirmitates tuas V. Qui redemit
de interitu vitam tuam Qui coronat
te in misericordia et in miserationibus V. Qui
replet in bonis desiderium tuum
Renovabitur ut aquile iuventus
tua V. Confirmet nos virtus christi
Amen V. Dignare domine die isto si
ne peccato nos custodire V. Miserere
nostri domine: miserere nostri V. Fiat misericordia tua
domine super nos quemadmodum spe
ravimus in te V. Domine deus virtutum
converte nos Et ostende faciem tuam # nobis #
et salvi erimus V. Domine exaudi
orationem meam Et clamor meus
ad te veniat V. Dominus vobiscum Et
cum spiritu tuo Oremus collecta
Domine sancte pater omnipotens eterne
deus qui nos pervenire ad princi
pium huius diei nos mundis mentis
secundum tua sanctissima gratia pervenire fe
cisti tua nos hodie salva virtute
et pietate custodi ut in hac die
ad nullum declinemus mortale
peccatum nec ullum incurramus
mortis periculum aut vite spiri
dabitur semper ad tuam iusticiam faci
endam omnis nostra actio tuo semper mo
deramine dirigatur Per dominum nostrum
ihesum christum filium tuum qui tecum vivit
et regnat deus per omnia secula seculorum Amen
Benedicamus domino Deo gratias V. Exul
tabunt sancti in gloria letabuntur in cubi
libus suis V. Preciosa in conspectu domini
mors sanctorum eius V. Speciosa facta es
et suavis in deliciis tuis sancta dei genitrix
Sancta maria mater domini nostri Oratio
Dominum ihesum christum pia et perpetua virgo
intercede digneris cum omnibus sanctis pro
nobis peccatoribus ad dominum deum nostrum
omnipotentem ut nos mereamur ab eo
adiuvari liberari atque ab omni
malo defendi Qui in trinitate per
fecta vivit et regnat deus per omnia
secula seculorum Amen V. Deus in adiu
torium meum intende domine et adiu
vandum me festina V. Deus in ad
iutorium meum intende domine et adiu
vandum me festina V. Deus pius
fortis et clemens in adiutorium
meum intende domine et adiuvandum
me festina Gloria patri. Kyrieleison
Christeleison Kyrieleison Pater noster
Et ne nos Sed libera nos V.
O domine respice in servos tuos et in
opera tua et dirige filios eorum Et sit
splendor domini dei nostri super nos et opera
manuum nostrarum dirige super nos
et opus manuum nostrarum dirige Oratio
Dirige et sanctificare et custodire

dignare domine rex creator celi et terre
hodie et cotidie corda et corpora nostra
nostra sensus sermones et omnes actus
nostros in lege tua sancta et in operibus man-
datorum tuorum ut possimus tibi placere in
conspectu tuo et angeli tui boni qui nobiscum sunt
tecum nobiscum ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis salutis et prosperi-
tatis ut hic et in eternum te protegente et
ps iuvante salvi ac liberi esse me-
reamur salvator mundi deus rex eterne
glorie qui cum deo patre et spiritu sancto vi-
vit et regnat deus per omnia secula seculorum
Amen Dominus nobiscum Et cum spiritu
tuo Benedicamus domino Deo gratias
Gratia domini nostri ihesu christi pax et co-
mmunicatio sancti spiritus et defensio
sancte crucis sit semper cum omnibus nobis
Et anime domine miserere nobis Deo gratias
Et anime fidelium defunctorum per misericordiam
misericordiam dei nostri ihesu christi requiescant
in pace Amen Benedicat vivos regat
defunctos misericordia eterna pacem nobis
peccatoribus vitam eternam bone Ad iii ymnus
Nunc sancte nobis spiritus unum patri cum
filio dignare promptus ingeri
nostro refusus pectori Os lingua
mens sensus vigor confessionem
personet flamescat igne caritas
accendat ardor proximos Presta pa-
Dominica die laus et perhennis Ad iii
feriali die An Deduc me domine Ps
Legem pone mihi domine viam ius-
tificationum tuarum et exquiram

eam semper Da mihi intellectum et scru-
tabor legem tuam et custodiam
illam in toto corde meo Deduc me
in semita mandatorum tuorum quia ipsam
ipsam volui Inclina cor meum in deo
testimonia tua et non in avaritiam
Averte oculos meos ne videant
vanitatem in via tua vivifica me
Statue servo tuo eloquium tuum in
timore tuo Amputa obprobrium
meum quod suspicatus sum quia
iudicia tua iocunda Ecce concupi-
vi mandata tua in equitate tua
vivifica me Et veniat super me
misericordia tua domine salutare tuum secundum
eloquium tuum Et respondebo expro-
brantibus mihi verbum quia speravi in
sermonibus tuis Et ne auferas
de ore meo verbum veritatis usquequaque
quia in iudiciis tuis supersperavi Et
custodiam legem tuam semper in seculum
et in seculum seculi Et ambulabam
in latitudine quia mandata tua
exquisivi Et loquebar de testi-
moniis tuis in conspectu regum et
non confundebar Et meditabar
in mandatis tuis que dilexi
Et levavi manus meas ad
mandata tua que dilexi et ex-
ercebor in iustificationibus tuis
Gloria patri et filio et spiritui Ps
Memor esto verbi tui servo tuo
in quo mihi spem dedisti Hec
me consolata est in humilitate

meas quia eloquium tuum vivificavit me. Superbi inique agebant usquequaque: a lege autem tua non declinavi. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: et consolatus sum. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustificationes tue: in loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nominis tui domine: et custodivi legem tuam. Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisivi. Portio mea domine dixi custodire legem tuam. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum. Cogitavi vias meas et converti pedes meos: in testimonia tua. Paratus sum et non sum turbatus: ut custodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi sunt me: et legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tue. Particeps ego sum omnium timentium te: et custodientium mandata tua. Misericordia domini plena est terra: iustificationes tuas doce me. Gloria.

Bonitatem fecisti cum servo tuo domine: secundum verbum tuum. Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodivi. Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum. Bonum mihi quia humiliasti me: ut discam iustificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui: super milia auri et argenti. Manus tue fecerunt me et plasmaverunt me: da mihi intellectum ut discam mandata tua. Qui timent te videbunt me et letabuntur: quia in verba tua supersperavi. Cognovi domine quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua ut consoletur me: secundum eloquium tuum servo tuo. Veniant mihi miserationes tue et vivam: quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. Convertantur mihi timentes te: et qui noverunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: ut non confundar. Gloria. Antiphona. Laus et perhennis gloria deo patri cum filio sancto simul paraclito in seculorum secula. Capitulum.

Tres sunt qui testimonium dant in celo pater et filius et spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. R. Inclina cor meum deus in testimonia tua. V. Averte oculos

meos ne videant vanitatem in via
tua vivifica me. In testimonia tua ℣
Ego dixi domine miserere mei. Sana animam
meam quia peccavi tibi. Ferialis die antiphona
Deduc me domine in semitam mandatorum
tuorum. Capitulum. Sana me domine et sa-
nabor: salvum me fac et salvus ero,
quoniam laus mea tu es. Deo gratias.
℟ Sana animam meam quia peccavi tibi.
℣ Ego dixi domine miserere mei. Quia peccavi.
Gloria patri. Sana animam. ℣ Adiutor meus
esto domine. Ne derelinquas me domine deus
salutaris meus. Ad sextam ymnus.
Rector potens verax deus qui tem-
peras rerum vices splendore ma-
ne instruis et ignibus meridiem. Ex-
tingue flammas litium aufer calo-
rem noxium confer salutem cor-
porum veramque pacem cordium. Praesta pater
Antiphona Gloria laudis. Antiphona Adiuva me.
Defecit in salutare tuum anima mea:
et in verbum tuum supersperavi. De-
fecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicen-
tes: quando consolaberis me. Quia
factus sum sicut uter in pruina: ius-
tificationes tuas non sum oblitus.
Quot sunt dies servi tui: quando facies
de persequentibus me iudicium. Nar-
raverunt mihi iniqui fabulationes, sed
non ut lex tua. Omnia mandata
tua veritas: iniqui persecuti sunt
me adiuva me. Paulominus con-
summaverunt me in terra: ego autem
dereliqui mandata tua. Secun-

dum misericordiam tuam vivifica me: et cus-
todiam testimonia oris tui. In
aeternum domine: verbum tuum permanet
in caelo. In generationem et gene-
rationem veritas tua: fundasti
terram et permanet. Ordinatione
tua perseverant dies: quoniam omnia
serviunt tibi. Nisi quod lex tua
meditatio mea est: tunc forte
periissem in humilitate mea. In
aeternum non obliviscar iustifica-
tiones tuas: quia in ipsis vivificasti
me. Tuus sum ego salvum me
fac: quoniam iustificationes tuas
exquisivi. Me exspectaverunt
peccatores ut perderent me: testimo-
nia tua intellexi. Omnis con-
summationis vidi finem: latum manda-
tum tuum nimis. Gloria patri. Psalmus
Quomodo dilexi legem tuam domine:
tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudentem
me fecisti mandato tuo:
quia in aeternum mihi est. Super omnes do-
centes me intellexi: quia testi-
monia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia man-
data tua quaesivi. Ab omni
via mala prohibui pedes meos:
ut custodiam verba tua. A iu-
diciis tuis non declinavi: quia tu
legem posuisti mihi. Quam dul-
cia faucibus meis eloquia tua
super mel ori meo. A mandatis

tuis intellexi: propterea odivi omnem
viam iniquitatis. Lucerna pedi
bus meis verbum tuum: et lumen
semitis meis. Iuravi et statui
custodire iudicia iusticie tue.
Humiliatus sum usquequaque domine:
vivifica me secundum verbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplaci
ta fac domine: et iudicia tua do
ce me. Anima mea in manibus
meis semper: et legem tuam non sum ob
litus. Posuerunt peccatores laque
um: et de mandatis tuis non er
ravi. Hereditate acquisivi testi
monia tua in eternum: quia exulta
tio cordis mei sunt. Inclinavi cor
meum ad faciendas iustificationes
tuas in eternum propter retribucionem.
Iniquos odio habui et legem
tuam dilexi. Adiutor et suscep
tor meus es tu: et in verbum tuum
supersperavi. Declinate a me
maligni: et scrutabor man
data dei mei. Suscipe me secundum
eloquium tuum et vivam: et non con
fundas me ab expectatione mea.
Adiuva me et salvus ero
: et meditabor in iustificationi
bus tuis semper. Sprevisti omnes dis
cedentes a iudiciis tuis: quia
iniusta est cogitacio eorum. Preva
ricantes reputavi omnes pecca
tores terre: ideo dilexi testimonia
tua. Confige timore tuo carnes
meas: a iudiciis enim tuis timui. Feci
iudicium et iusticiam: non tradas me
calumpniantibus me. Suscipe servum
tuum in bonum: non calumpnientur me
superbi. Oculi mei defecerunt in salu
tare tuum: et in eloquium iusticie
tue. Fac cum servo tuo secundum miseri
cordiam tuam: et iustificationes tuas doce
me. Servus tuus sum ego da mihi in
tellectum: ut sciam testimonia tua. T
empus faciendi domine: dissipaverunt
legem tuam. Ideo dilexi man
data tua: super aurum et topazi
on. Propterea ad omnia mandata tua
dirigebar: omnem viam iniquam odio
habui. Gloria patri. Ant. Gloria laudis
resonet in ore omnium patri genitoque
proli spiritui sancto pariter resultet laude
perhenni. capitulum. Invicte manet
eternitas in filio equalitas in spiritu sancto
eternitatis equalitatisque connexio. R.
In eternum domine permanet verbum tuum.
V. In seculum et in seculum veritas tua per
manet. Gloria patri. In eternum. V. Dominus re
git me et nichil mihi deerit. In loco
pascue ibi me collocavit. Feria iiii.
Adiuva me et salvus ero domine. ca.
Alter alterius onera portate et
sic adimplebitis legem Christi. R.
Benedicam dominum in omni tempore.
V. Semper laus eius in ore meo. In omni.
Gloria patri. Benedicam. V. Dominus regit.
Rerum deus tenax vigor. Ad ix. ym.
Immotus in te permanens lucis

diuine tempora preceptis detinuatis
Largire clementissime deus ne quo vita nostra
decidat sed primum mortis statue presen-
tis instet gratia. Per. Primi preces (?)
Gloria laus deo patri. Ant. Aspice in me
Mirabilia testimonia tua domine ideo
scrutata est anima mea. Declaratio
sermonum tuorum illuminat et intellectum dat
parvulis. Os meum aperui et attraxi
spiritum quia mandata tua desiderabam.
Aspice in me et miserere mei secundum iu-
dicium diligentium nomen tuum. Gres-
sus meos dirige secundum eloquium tuum et
non dominetur mei omnis iniustitia. Re-
dime me a calumpniis hominum ut custo-
diam mandata tua. Faciem tuam illu-
mina super servum tuum et doce me iusti-
ficationes tuas. Exitus aquarum de-
duxerunt oculi mei quia non custodi-
erunt legem tuam. Iustus es domine
et rectum iudicium tuum. Mandasti ius-
titiam testimonia tua et veritatem
tuam nimis. Tabescere me fecit
zelus meus quia obliti sunt verba tua
inimici mei. Ignitum eloquium tuum
vehementer et servus tuus di-
lexit illud. Adolescentulus sum
ego et contemptus iustifica-
tiones tuas non sum oblitus. Ius-
titia tua iustitia in eternum et
lex tua veritas. Tribulatio et
angustia invenerunt me mandata
tua meditatio mea est. Equitas
testimonia tua in eternum intellectum

da mihi et vivam. Gloria patri. Ps.
Clamavi in toto corde meo ex-
audi me domine iustificationes tu-
as requiram. Clamavi ad te sal-
vum me fac ut custodiam mandata tu-
a. Preveni in maturitate et
clamavi quia in verba tua supersp-
eravi. Preveniunt oculi mei ad te
diluculo ut meditarer eloquia
tua. Vocem meam audi secundum misericordiam
tuam domine et secundum iudicium tuum
vivifica me. Appropinquaverunt per-
sequentes me iniquitati a lege autem
tua longe facti sunt. Prope es tu domine
et omnes vie tue veritas. Initio cognovi
de testimoniis tuis quia in eternum
fundasti ea. Vide humilitatem meam
et eripe me quia legem tuam non
sum oblitus. Iudica iudicium meum
et redime me propter eloquium tuum
vivifica me. Longe a peccatoribus
salus quia iustificationes tuas non
exquisierunt. Misericordie tue multe domine
secundum iudicium tuum vivifica me.
Multi qui persequuntur me et tribu-
lant me a testimoniis tuis non de-
clinavi. Vidi prevaricantes et ta-
bescebam quia eloquia tua non
custodierunt. Vide quoniam mandata
tua dilexi domine in misericordia tua
vivifica me. Principium verborum
tuorum veritas in eternum omnia iudicia
iustitie tue.
Principes persecuti sunt me gratis et a verbis tuis

formidavit cor meum. Letabor ego
super eloquia tua: sicut qui invenit
spolia multa. Iniquitatem odio
habui et abhominatus sum: le-
gem autem tuam dilexi. Septies in
die laudem dixi tibi: super iudi-
cia iustitie tue. Pax multa diligen-
tibus legem tuam: et non est illis
scandalum. Expectabam salutare
tuum domine: et mandata tua dilexi.
Custodivit anima mea testimonia
tua: et dilexit ea vehementer.
Servavi mandata tua et testimo-
nia tua: quia omnes vie mee in
conspectu tuo. Appropinquet depre-
catio mea in conspectu tuo domine
iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in con-
spectu tuo: secundum eloquium tuum eri-
pe me. Eructabunt labia mea
ympnum cum docueris me iustifi-
cationes tuas. Pronunciabit lin-
gua mea eloquium tuum: quia omnia
mandata tua equitas. Fiat ma-
nus tua ut salvet me: quoniam
mandata tua elegi. Concupivi
salutare tuum domine: et lex tua
meditatio mea est. Vivet anima
mea et laudabit te: et iudi-
cia tua adiuvabunt me. Erravi
sicut ovis que periit: quere
servum tuum quia mandata non sum
oblitus. Gloria patri. Dominica die ad
laudes deo patri parilique proli et

tibi sancte studio perhennem qui modo re-
sonet in ore omne per evum. Capitulum
Omni exequio et regum et in quo sit divi-
ni honor et gloria in secula seculorum amen.
Deo gratias. R. Clamavi in toto corde meo
exaudi me domine. V. Iustificationes
tuas requiram. Exaudi. Gloria patri. Et
clamavi. V. Ab occultis meis munda
me domine et ab alienis parce servo tuo.
Feria secunda dicitur. Aspice in me et miserere mei
domine. Capitulum. Omnia probate et quod
bonum est tenete: et ab omni specie
mala abstinete vos. Deo gratias. R. Redime
me domine et miserere mei. V. In ecclesiis
benedicam te domine. Et miserere. Gloria patri. Re-
dime. V. Ab occultis meis munda. Feria
tertia. Invitatorium. Venite exultemus
domino. Iubilemus deo salutari nostro.
Somno refectis artubus spreto ymnus
cubili surgimus nobis pater canentibus
adesse te deposcimus. Te lingua
primum concinat: te mentis ardor am-
biat: ut actuum sequentium: tu sis
sis exordium. Cedant tenebre lu-
mini: et nox diurno sideri: ut cul-
pa que nox intulit lucis labes-
cat munere. Precamur idem suppli-
ces noxas ut omnes amputes et
ore te canencium laudemur in per-
petuum. Presta pater piissime patrique compar
unice cum spiritu paraclito regnans per
omne seculum amen. An. Dominus de-
Dominus illuminatio mea fensor
mea: et salus mea quem



timebo. Dominus protector vite mee: a quo
trepidabo. Dum appropiant super me no
centes: ut edant carnes meas. Qui
tribulant me inimici mei: ipsi infirmati
sunt et ceciderunt. Si consistant adversum
me castra: non timebit cor meum.
Si exurgat adversum me prelium: in hoc
ego sperabo. Unam petii a domino hanc
requiram: ut inhabitem in domo domini
omnibus diebus vite mee. Ut videam
voluntatem domini: et visitem templum
eius. Quoniam abscondit me in taberna
culo suo in die malorum protexit me
in abscondito tabernaculi sui. In
petra exaltavit me: et nunc ex
altavit caput meum super inimicos
meos. Circuivi et immolavi in
tabernaculo eius hostiam vociferatio
nis cantabo: et psalmum dicam do
mino. Exaudi domine vocem meam
qua clamavi ad te: miserere mei
et exaudi me. Tibi dixit cor meum
exquisivit te facies mea: fa
ciem tuam domine requiram. Ne avertas
faciem tuam a me: ne declines in
ira a servo tuo. Adiutor meus
esto ne derelinquas me: neque despicias
me deus salutaris meus. Quoniam
pater meus et mater mea dereli
querunt me: dominus autem assumpsit
me. Legem pone michi domine in via
tua et dirige me in semita rec
tam propter inimicos meos. Ne tradi
deris me in animas tribulantium
me: quoniam insurrexerunt in me
testes iniqui: et mentita est in
iquitas sibi. Credo videre bo
na domini: in terra viventium. Expec
ta dominum viriliter age et confor
tetur cor tuum: et sustine dominum. ps
21 Ad te domine clamabo deus meus ne
sileas a me: ne quando taceas
a me: et assimilabor descenden
tibus in lacum. Exaudi domine vocem
deprecationis mee dum oro ad te:
dum extollo manus meas ad
templum sanctum tuum. Ne simul tra
das me cum peccatoribus: et cum operan
tibus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cum proximo suo:
mala autem in cordibus eorum. Da
illis secundum opera ipsorum: et secundum
nequitiam adinventionum ipsorum.
Secundum opera eorum tribue illis:
redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera domini
et in opera manuum eius destrues
illos: et non edificabis eos. Be
nedictus dominus: quoniam exaudivit
vocem deprecationis mee. Dominus ad
iutor meus et protector meus:
et in ipso speravit cor meum et
adiutus sum. Et refloruit caro
mea: et ex voluntate mea con
fitebor illi. Dominus fortitudo ple
bis sue: et protector salvationum
christi sui est. Salvum fac populum
tuum domine et benedic hereditati tue

et rege eos et extolle illos usque
in eternum. Gloria patri. Antiphona Dominus
defensor vite mee. Antiphona Adorate
28 Afferte domino filii dei: afferte
domino filios arietum. Afferte domino
gloriam et honorem afferte domino
gloriam nomini eius: adorate dominum
in atrio sancto eius. Vox domini super a
quas deus maiestatis intonuit
: dominus super aquas multas. Vox
domini in virtute: vox domini in magnifi
centia. Vox domini confringentis
cedros: et confringet dominus ce
dros libani. Et comminuet eos
tanquam vitulum libani: et dilectus
quemadmodum filius unicornium.
Vox domini intercidentis flammam
ignis vox domini concutientis de
sertum: et commovebit dominus de
sertum cades. Vox domini preparantis cer
vos et revelabit condensa: et
in templo eius omnes dicent glo
riam. Dominus diluvium inhabitare fa
cit: et sedebit dominus rex in eternum.
Dominus virtutem populo suo dabit: dominus
benedicet populo suo in pace. Psalmus
Exaltabo te domine quoniam suscepisti
29 me: nec delectasti inimi
cos meos super me. Domine deus
meus clamavi ad te: et sanasti
me. Domine eduxisti ab inferno
animam meam: salvasti me a descen
dentibus in lacum. Psallite
domino sancti eius: et confitemini memo
rie sanctitatis eius. Quoniam ira in

indignatione eius: et vita in volunta
te eius. Ad vesperum demorabitur fle
tus: et ad matutinum letitia. Ego
autem dixi in abundantia me
a: non movebor in eternum. Domine in
voluntate tua: prestitisti decori meo
virtutem. Avertisti faciem tuam a me: et
factus sum conturbatus. Ad te domine
clamabo: et ad deum meum depreca
bor. Que utilitas in sanguine meo
: dum descendo in corruptionem. Num
quid confitebitur tibi pulvis:
aut annunciabit veritatem tuam. Au
divit dominus et misertus est mei:
dominus factus est adiutor meus. Conver
tisti planctum meum in gaudium mihi:
conscidisti saccum meum: et circumde
disti me letitia. Ut cantet tibi
gloria mea et non compungar: domine
deus meus in eternum confitebor tibi.
Gloria patri et. Antiphona Adorate dominum in
aula sancta eius. Antiphona In tua iustitia.
In te domine speravi non confundar
30 in eternum: in iustitia tua libera
me. Inclina ad me aurem tuam
: accelera ut eruas me. Esto
mihi in deum protectorem: et in domum re
fugii ut salvum me facias. Quoniam
fortitudo mea et refugium meum
es tu: et propter nomen tuum deduces
me: et enutries me. Educes me
de laqueo quem absconderunt mihi:
quoniam tu es protector meus. In ma
nus tuas domine commendo spiritum me
um: redemisti me domine deus veri
tatis

Odisti observantes vanitates: super
vacue. Ego autem in domino speravi: exul
tabo et letabor in misericordia tua. Qui re
spexisti humilitatem meam: salvasti
de necessitatibus animam meam. Neque
conclusisti me in manibus inimici: sta
tuisti in loco spacioso pedes meos.
Miserere mei domine quoniam tribulor: con
turbatus est in ira oculus meus: ani
ma mea et venter meus. Quoniam defecit
in dolore vita mea: et anni mei
in gemitibus. Infirmata est in pau
pertate virtus mea: et ossa mea con
turbata sunt. Super omnes inimicos me
os factus sum obprobrium vicinis me
is valde: et timor notis meis.
Qui videbant me foras fugierunt
a me: oblivioni datus sum tamquam
mortuus a corde. Factus sum tamquam
vas perditum: quoniam audivi vituperatio
nem multorum commorancium in circu
itu. In eo dum convenirent simul
adversum me: accipere animam meam con
siliati sunt. Ego autem in te speravi domine: dixi
Deus meus es tu: in manibus tuis
sortes mee. Eripe me de manu
inimicorum meorum: et a persequentibus
me. Illustra faciem tuam super servum
tuum: salvum me fac in misericordia tua domine non
confundar: quoniam invocavi te. Eru
bescant impii et deducantur
in infernum: muta fiant labia do
losa. Que locuntur adversus iustum iniqui
tatem: in superbia et in abusione.
Quam magna multitudo dulcedinis
tue domine: quam abscondisti timenti
bus te. Perfecisti eis qui sperant in te
in conspectu filiorum hominum. Abscondes
eos in abscondito faciei tue: a con
turbatione hominum. Proteges eos
in tabernaculo tuo: a contradictione
linguarum. Benedictus dominus: quoniam mi
rificavit misericordiam suam in civitate
te munita. Ego autem dixi in ex
cessu mentis mee: proiectus
sum a facie oculorum tuorum. Ideo ex
audisti vocem orationis mee: dum
clamarem ad te. Diligite dominum
omnes sancti eius: quoniam veritatem re
quiret dominus: et retribuet abun
danter facientibus superbiam. Viri
liter agite et confortetur cor vestrum
omnes qui speratis in domino. psalmus 31

Beati quorum remisse sunt iniquita
tes: et quorum tecta sunt peccata. Beatus
vir cui non imputabit dominus peccatum
nec est in spiritu eius dolus. Quoniam
tacui inveteraverunt ossa mea
dum clamarem tota die. Quoniam die
ac nocte gravata est super me ma
nus tua: conversus sum in erumpna
mea dum configitur spina. Delic
tum meum cognitum tibi feci: et in
iusticiam meam non abscondi. Dixi
confitebor adversum me iniusti
ciam meam domino: et tu remisisti
impietatem peccati mei. Pro hac
orabit ad te omnis sanctus: in tempore
oportuno. Verumtamen in diluvio
aquarum multarum: ad eum non ap

approximabunt. Tu es refugium meum
a tribulatione que circumdedit
me: exultatio mea erue me
a circumdantibus me. Intellectum tibi
dabo et instruam te in via hac
qua gradieris: firmabo super
te oculos meos. Nolite fieri sic-
ut equus et mulus: quibus non
est intellectus. In chamo et fre-
no maxillas eorum constringe
qui non approximant ad te. Mul-
ta flagella peccatoris: sperantem
autem in domino misericordia circumdabit.
Letamini in domino et exultate
iusti: et gloriamini omnes recti corde.
Gloria. Ant. In tua iustitia libera
me domine. Ant. Rectos decet. Ps.
32 Exultate iusti in domino: rectos
decet collaudatio. Confi-
temini domino in cithara: in psal-
terio decem chordarum psalli-
te illi. Cantate ei canticum no-
vum: bene psallite ei in vocife-
ratione. Quia rectum est verbum domini
et omnia opera eius in fide. Dili-
git misericordiam et iudicium: misericordia
domini plena est terra. Verbo
domini celi firmati sunt: et spiritu
oris eius omnis virtus eorum.
Congregans sicut in utre
maris aquas: ponens in the-
sauris abyssos. Timeat do-
minum omnis terra: ab eo autem com-
moveantur omnes inhabitantes
orbem. Quoniam ipse dixit et facta sunt:
ipse mandavit et creata sunt. Dominus
dissipat consilia gentium: reprobat
autem cogitationes populorum: et reprobat
consilia principum. Consilium autem
domini in eternum manet: cogitationes
cordis eius in generatione et generatio-
ne. Beata gens cuius est dominus deus
eius: populus quem elegit in hereditatem
tem sibi. De celo respexit dominus:
vidit omnes filios hominum. De prepara-
to habitaculo suo: respexit super omnes
qui habitant terram. Qui finxit si-
gillatim corda eorum: qui intelligit
omnia opera eorum. Non salvatur rex
per multam virtutem: et gigas non sal-
vabitur in multitudine virtutis sue.
Fallax equus ad salutem: in abun-
dantia autem virtutis sue non sal-
vabitur. Ecce oculi domini super me-
tuentes eum: et in eis qui sperant
super misericordia eius. Ut eruat a morte
animas eorum: et alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dominum: quoniam ad-
iutor et protector noster est. Quia
in eo letabitur cor nostrum: et in nomine
sancto eius speravimus. Fiat misericordia tua
domine super nos: quemadmodum spera-
vimus in te. Psalmus david.
33 Benedicam dominum in omni tempore:
semper laus eius in ore meo. In do-
mino laudabitur anima mea: audi-
ant mansueti et letentur. Mag-
nificate dominum mecum: et exultemus

nomen eius in idipsum. Exquisivi dominum
et exaudivit me: et ex omnibus tribu
lationibus meis eripuit me. Acce
dite ad eum et illuminamini: et facies
vestre non confundentur. Iste pauper
clamavit et dominus exaudivit
exaudivit eum: et ex omnibus tribu 3X
lationibus eius salvavit eum. Inmit
tit angelus domini in circuitu timentium
eum: et eripiet eos. Gustate et vi
dete quoniam suavis est dominus: beatus vir
qui sperat in eo. Timete dominum omnes
sancti eius: quoniam non est inopia timenti
bus eum. Divites eguerunt et esu
rierunt: inquirentes autem dominum non
minuentur omni bono. Venite filii
audite me: timorem domini docebo
vos. Quis est homo qui vult vitam:
diligit dies videre bonos. Prohi
be linguam tuam a malo: et labia
tua ne loquantur dolum. Diverte a
malo et fac bonum: inquire pacem
et persequere eam. Oculi domini super ius
tos: et aures eius in preces eorum. Vul
tus autem domini super facientes ma
la: ut perdat de terra memoriam eorum.
Clamaverunt iusti et dominus exau
divit eos: et ex omnibus tribulatio
nibus eorum liberavit eos. Iuxta
est dominus hiis qui tribulato sunt cor
de: et humiles spiritu salvabit. Mul
te tribulationes iustorum: et de
omnibus hiis liberavit eos dominus.
Custodit dominus omnia ossa eorum: unum

ex hiis non conteretur. Mors pec
catorum pessima: et qui oderunt
iustum delinquent. Redimet dominus
animas servorum suorum: et non delin
quent omnes qui sperant in eo. Gloria.
Ant. Rectos decet collaudatio. Ant.
Iudica domine nocentes me. Expugna
impugnantes me: expugna impug
nantes me. Apprehende arma et scu
tum: et exurge in adiutorium mihi.
Effunde frameam et conclude
adversus eos qui persequuntur me:
dic anime mee salus tua ego
sum. Confundantur et revereantur
querentes animam meam. Avertantur
retrorsum et confundantur cogi
tantes mihi mala. Fiant tamquam
pulvis ante faciem venti: et an
gelus domini coartans eos. Fiat
via illorum tenebre et lubricum: et
angelus domini persequens eos. Quoniam
gratis absconderunt mihi inter
itum laquei sui: supervacue exprobra
verunt animam meam. Veniat illi la
queus quem ignorat: et captio
quam abscondit apprehendat eum:
et in laqueum cadat in ipsum. Anima
autem mea exultabit in domino: et de
lectabitur super salutari suo. Omnia os
sa mea dicent: domine quis similis
tibi. Eripiens inopem de manu
fortiorum eius: egenum et pauperem
a diripientibus eum. Surgentes
testes iniqui que ignorabam

interrogabant me. Retribue
bant mihi mala pro bonis: sterili
tatem anime mee. Ego autem dum mihi
molesti essent: induebar cili
cio. Humiliabam in ieiunio
animam meam: et oratio mea in si
nu meo conuertetur. Quasi proximum
quasi fratrem nostrum sic complacebam
: quasi lugens et contristatus
sic humiliabar. Et aduersum me
letati sunt et conuenerunt: congre
gati sunt super me flagella et igno
raui. Dissipati sunt nec compuncti 37
temptauerunt me subsannauerunt
subsannatione: striderunt super
me dentibus suis. Domine quando respi
cies restitue animam meam a ma
lignitate eorum: a leonibus uni
cam meam. Confitebor tibi in
ecclesia magna: in populo graui
laudabo te. Non supergaudeant
mihi qui aduersantur mihi inique: qui
oderunt me gratis et annuunt o
culis. Quoniam mihi quidem pacifice
loquebantur: et in iracundia terre
loquentes dolos cogitabant. Et
dilatauerunt super me os suum dix
erunt euge euge: uiderunt oculi
nostri. Uidisti domine ne sileas: domine
ne discedas a me. Exurge et
intende iudicio meo deus
meus: et dominus meus in causam meam.
Iudica me secundum iusticiam tuam
domine deus meus: et non super

gaudeant mihi. Non dicant in cordibus
suis euge euge anime nostre: nec dicant
deuorauimus eum. Erubescant et re
uereantur simul: qui gratulantur ma
lis meis. Induantur confusione
et reuerentia: qui maligna lo
quuntur super me. Exultent et letentur
qui uolunt iusticiam meam et dicant
semper magnificetur dominus: qui uolunt
pacem serui eius. Et lingua mea medi
tabitur iusticiam tuam: tota die lau
dem tuam. psalmus dauid

Dixit iniustus ut delinquat
in semetipso: non est timor dei
ante oculos eius. Quoniam dolose egit in
conspectu eius: ut inueniat iniqui
tas eius ad odium. Uerba oris eius
iniquitas et dolus: noluit intel
ligere ut bene ageret. Iniquitatem me
ditatus est in cubili suo: astitit
omni uie non bone: maliciam autem
non odiuit. Domine in celo misericordia tua: et
ueritas tua usque ad nubes. Iusticia
tua sicut montes dei: iudicia tua
abyssus multa. Homines et iumen
ta saluabis domine: quemadmodum
multiplicasti misericordiam tuam deus. Filii
autem hominum in tegmine alarum tua
rum sperabunt. Inebriabuntur ab
ubertate domus tue: et torrente
uoluptatis tue potabis eos. Quoniam
apud te est fons uite: et in lumi
ne tuo uidebimus lumen. Pretende
misericordiam tuam scientibus te: et iusti

ciam tuam rectis qui sunt corde. Non ve-
niat michi pes superbie: et manus peccatoris
non moveat me. Ibi ceciderunt qui ope-
rantur iniquitatem: expulsi sunt nec potue-
runt stare. Gloria patri. Ant. Expugna
impugnantes me. Ant. Revela domino.
Noli emulari in malignantibus:
neque zelaveris facientes iniqui-
tatem. Quoniam tamquam fenum velociter ares-
cent: et quemadmodum olera herbarum
cito decident. Spera in domino et fac
bonitatem: et inhabita terram: et pasceris
in diviciis eius. Delectare in domino: et
dabit tibi petitiones cordis tui.
Revela domino viam tuam et spera in eo:
et ipse faciet. Et educet quasi lu-
men iusticiam tuam et iudicium tuum
tamquam meridiem: subditus esto domino
et ora eum. Noli emulari in eo
qui prosperatur in via sua: in homine
faciente iniusticias. Desine ab ira
et derelinque furorem: noli emulari
ut maligneris. Quoniam qui malig-
nantur exterminabuntur: sustinentes
autem dominum ipsi hereditabunt terram.
Et adhuc pusillum et non erit peccator:
et queres locum eius et non invenies.
Mansueti autem hereditabunt terram:
et delectabuntur in multitudine pacis.
Observabit peccator iustum: et stride-
bit super eum dentibus suis. Dominus autem ir-
ridebit eum: quoniam prospicit quod ve-
niet dies eius. Gladium evagina-
verunt peccatores: intenderunt ar-
cum suum. Ut deiciant pauperem
et inopem: ut trucident rec-
tos corde. Gladius eorum intret
in corda ipsorum: et arcus eorum confrin-
gatur. Melius est modicum iu-
sto super divicias peccatorum multas.
Quoniam brachia peccatorum conterentur:
confirmat autem iustos dominus. Novit
dominus dies immaculatorum: et heredi-
tas eorum in eternum erit. Non con-
fundentur in tempore malo: et in diebus
famis saturabuntur: quia peccatores peribunt.
Inimici vero domini mox ut honorifi-
cati fuerint et exaltati deficien-
tes: quemadmodum fumus deficient.
Mutuabitur peccator et non solvet:
iustus autem miseretur et retribuet.
Quia benedicentes ei hereditabunt
terram: maledicentes autem ei disper-
ibunt. A domino gressus hominis
dirigentur: et viam eius volet. Cum
ceciderit iustus non collidetur: quia
dominus supponit manum suam. Iu-
nior fui et enim senui: et non vidi
iustum derelictum: nec semen eius que-
rens panem. Tota die miseretur
et commodat: et semen illius in ben-
edictione erit. Declina a malo et
fac bonum: et inhabita in seculum seculi.
Quia dominus amat iudicium et non
derelinquet sanctos suos: in eternum con-
servabuntur. Iniusti punientur: et
semen impiorum peribit. Iusti autem
hereditabunt terram: et inhabitabunt in

sclm sclī sup eā. Os iusti me
ditabit sapiam: et lingua ei9
loquet̄ iudiciū. Lex dei ei9
in corde ip̄ius: et nō supplan
tabunt̄ gressus ei9. Consi
derat pcc̄or iustū: et querit mor
tificare eū. Dns aūt nō derelin
quet eū in manib9 ei9: nec dāp
nabit eū cū iudicabit̄ illi.
Expecta dominum et custodi
uiam ei9 et exaltabit te
ut hereditate capias t'rā: cū
perierint pcc̄ores uidebis. Ui
di impiū sup exaltatū et ele
uatū: sicut cedros libani. Et
transiui et ecce nō erat: que
siui eū et nō est inuentus
locus ei9. Custodi innocen
tiā et uide equitatem: qm̄ st
reliquie homī pacifico. In
iusti aūt disperibunt: simul re
liquie hom̄ impiorū interi
bunt. Salus aūt iustorū a dn̄o
: et ptector eorū in tempe tri
bulacōis. Et adiuuabit
eos dns et liberabit eos et
eruet eos a pctōribz et salua
bit eos: qz sp̄auerunt in eo. ps
34 Domine ne in furore tuo argu
as me: neqz in ira tua cor
ripies me. Qm̄ sagitte tue in
fixe st̄ m̄: et cōfirmasti sup me
manū tuā. Non est sanitas in
carne mea: a facie ire tue
nō est pax ossibz meis: a facie pccōrū
meorū. Qm̄ iniquitates mee sup gres
se st̄ caput meū: et sicut onus graue
grauate st̄ sup me. Putruerunt et cor
rupte st̄ cicatrices mee: a facie insipi
entie mee. Miser factus sū et curuatus
sū usqz in finē: tota die contristatus
ingrediebar. Qm̄ lumbi mei imple
ti st̄ illusionibz: et nō est sanitas
in carne mea. Afflictus sū et hu
miliatus sū nimis: rugiebam a ge
mitu cordis mei. Dne ante te oē
desideriū meū: et gemitus meus
a te nō est absconditus. Cor meū
conturbatū est: dereliquit me uirtus
mea: et lumē oculorū meorū: et ipm̄
nō est mecū. Amici mei et pximi
mei aduersū me: appinquauerunt et
steterunt. Et qui iuxta me erant
de longe steterunt: et uim faciebat
qui querebant aīaz meā. Et qui in
quirebant mala m̄ locuti sūt
uanitates: et dolos tota die me
ditabant. Ego aūt tamqz surd9
nō audiebam: et sicut mutus nō
aperiens os suū. Et factus sū sicut
homo nō audiens: et nō hns in ore suo
redargutiones. Qm̄ in te dne speraui
tu exaudies dne de9 me9. Quia
dixi nequādo supgaudeant m̄
inimici mei: et dū cōmouentur pe
des mei sup me magna locuti
st̄. Qm̄ ego in flagella parat9 sū
et dolor me9 in cōspectu meo sp̄

Quoniam iniquitatem meam ego annuntiabo
et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem
mei vivunt et confirmati sunt super me
et multiplicati sunt qui oderunt me
inique. Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebant mihi quoniam sequebar bo-
nitatem. Non derelinquas me domine deus
meus ne discesseris a me. Intende
in adiutorium meum domine deus salu-
tis meae. Gloria patri. Antiphona Revela domino
viam tuam. Versus Domine in celo misericordia tua et
veritas tua usque ad nubes. Sexta
feria tunc te deum laudamus non dicitur. Versus
Fiat misericordia tua domine super nos quemad-
modum speravimus in te. Ad laudes
Miserere mei deus. Antiphona Miserere. Psalmus
secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum
multitudinem miserationum tuarum de-
le iniquitatem meam. Amplius
lava me ab iniquitate mea et a
peccato meo munda me. Quoniam iniquita-
tem meam ego cognosco et peccatum
meum contra me est semper. Tibi
soli peccavi et malum coram te feci
ut iustificeris in sermonibus tuis
et vincas cum iudicaris. Ecce enim
in iniquitatibus conceptus sum et
in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti incerta
et occulta sapientiae tuae manifestasti
mihi. Asperges me domine ysopo
et mundabor lavabis me et
super nivem dealbabor. Auditui
meo dabis gaudium et letitiam
et exultabunt ossa humilia-
ta. Averte faciem tuam a peccatis me-
is et omnes iniquitates meas
dele. Cor mundum crea in me deus
et spiritum rectum innova in visceri-
bus meis. Ne proicias me a fa-
cie tua et spiritum sanctum tuum ne au-
feras a me. Redde mihi letitiam
salutaris tui et spiritu principali
confirma me. Docebo iniquos vi-
as tuas et impii ad te con-
vertentur. Libera me de sanguinibus
deus deus salutis meae et exul-
tabit lingua mea iustitiam
tuam. Domine labia mea aperies
et os meum annuntiabit laudem
tuam. Quoniam si voluisses sacrificium
dedissem utique holocaustis non
delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum deus non
despicies. Benigne fac domine in
bona voluntate tua Syon ut
edificentur muri Ierusalem. Tunc
acceptabis sacrificium iustitiae ob-
lationes et holocausta tunc im-
ponent super altare tuum vitulos.
Gloria patri. Antiphona Miserere mei deus. Antiphona
Intellige clamorem. Psalmus Verba
mea. Antiphona Intellige clamorem
meum domine. Antiphona Domine deus meus
ad te de luce vigilo. Psalmus ymni. Antiphona
Conversus est furor tuus. Psalmus
Confitebor tibi domine quoniam iratus
es mihi. Conversus est furor tuus

et consolatus es me. Ecce deus
salvator meus fiducialiter agam et
non timebo. Quia fortitudo mea et
laus mea dominus et factus est michi in
salutem. Haurietis aquas in gau
dio de fontibus salvatoris et dicetis
in illa die confitemini domino et in
vocate nomen eius. Notas faci
te in populis adinventiones eius
mementote quoniam excelsum est no
men eius. Cantate domino quoniam
magnifice fecit annunciate hoc
in universa terra. Exulta et lauda
habitatio syon quia magnus in me
dio tui sanctus israel. Gloria. Antiphona Con
versus est furor tuus domine et conso
latus es me. Antiphona Laudate dominum
de celis. Psalmus ipsum. Capitulum
Fratres vigilate orate et state
in fide viriliter agite et con
fortamini in domino et omnia vestra in
caritate fiant. Deo gratias. Hymnus
Splendor paterne dominica et ferialibus diebus
glorie de luce lucem proferens
lux lucis et fons luminis dies
diem illuminans. Verusque sol
illabere micans nitore perpeti
iubarque sancti spiritus infunde nostris
sensibus. Votis vocemus et patrem
patrem perhennis glorie patrem poten
tis gratie culpam releget lubricam.
Informet actus strenuos
dentem retundat invidi casus
secundet asperos donet gerendi
gratiam. Mentem gubernet et re
gat casto fideli corpore fides calo
re ferveat fraudis venena nes
ciat. Christusque noster sit cibus potus
que noster sit fides leti bibamus sobri
ebrietatem spiritus. Letus dies hic
transeat pudor sit ut diluculum
fides velud meridies crepuscu
lum mens nesciat. Aurora cursus
provehat aurora totus prodeat
in patre totus filius et totus in verbo
pater. Presta pater piissime patrique
compar unice cum spiritu paraclito
regnans per omne seculum Amen. Versus Re
pleti sumus mane misericordia tua exul
tavimus et psallemus [illegible]
as. Ad Benedictus antiphona Benedictus deus israel
Psalmus ipsum. Collecta dominicalis [illegible]
[illegible] feria iii. Invitatorium
Iubilemus deo salutari nostro. Psalmus
Consors paterni luminis hymnus. Venite
lux ipse lucis et dies
noctem canendo rumpimus as
siste postulantibus. Aufer tene
bras mentium fuga catervas de
monum expelle somnolentiam
ne pigritantes obruat. Sic christe
nobis omnibus indulgeas credenti
bus ut prosit exorantibus quod precinen
tes psallimus. Presta pater piissime
Dixi custodiam. Ut non delin
vias meas ut non delinquam
in lingua mea. Posui ori
meo custodiam cum consisteret peccator

adversum me. Obmutui et humiliatus
sum et silui a bonis: et dolor meus
renovatus est. Concaluit cor me-
um intra me: et in meditatione
mea exardescet ignis. Locutus
sum in lingua mea: notum fac mihi do-
mine finem meum. Et numerum dierum meorum
quis est: ut sciam quid desit michi.
Ecce mensurabiles posuisti dies
meos: et substantia mea tamquam
nichilum ante te. Verumtamen univer-
sa vanitas: omnis homo vivens.
Verumtamen in imagine pertransit ho-
mo: sed et frustra conturbatur. Thesauri-
zat et ignorat: cui congre-
gabit ea. Et nunc que est expecta-
tio mea nonne dominus: et substantia mea
apud te est. Ab omnibus iniquita-
tibus meis erue me: obprobrium
insipienti dedisti me. Obmutui
et non aperui os meum: quoniam tu fe-
cisti amove a me plagas tuas.
A fortitudine manus tue ego de-
feci in increpationibus: propter iniqui-
tatem corripuisti hominem. Et taba-
bescere fecisti sicut araneam animam
eius: verumtamen vane conturbatur
omnis homo. Exaudi orationem meam
domine et deprecationem meam: auribus per-
cipe lacrimas meas. Ne sileas
quoniam advena ego sum apud te:
et peregrinus sicut omnes patres
mei. Remitte michi ut refrige-
rer priusquam abeam: et amplius
non ero

Expectans expectavi dominum: et
intendit michi. Et exaudivit
preces meas: et eduxit me de la-
cu miserie: et de luto fecis. Et sta-
tuit super petram pedes meos: et
direxit gressus meos. Et im-
misit in os meum canticum novum:
carmen deo nostro. Videbunt multi
et timebunt: et sperabunt in domino.
Beatus vir cuius est nomen domini spes
eius: et non respexit in vanitates
et in insanias falsas. Multa fe-
cisti tu domine deus meus mirabilia
tua: et cogitationibus tuis non est
qui similis sit tibi. Annunciavi
et locutus sum: et multiplicati sunt
super numerum. Sacrificium et obla-
tionem noluisti: aures autem perfe-
cisti michi. Holocaustum et pro peccato non
postulasti: tunc dixi ecce venio.
In capite libri scriptum est de me
ut facerem voluntatem tuam: deus meus
volui: et legem tuam in medio
cordis mei. Annunciavi iustitiam
tuam in ecclesia magna: ecce labia
mea non prohibebo: domine tu scisti.
Iustitiam tuam non abscondi in corde
meo: veritatem tuam et salutare
tuum dixi. Non abscondi misericordiam
tuam et veritatem tuam: a concilio
multo. Tu autem domine ne longe
facias miserationes tuas a me:
misericordia tua et veritas tua semper
susceperunt me. Quoniam circumdede-
runt

mei mala quorum non est numerus: compre-
henderunt me iniquitates meae:
et non potui ut viderem. Multi-
plicati sunt super capillos capitis
mei: et cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine ut eru-
as me: domine ad adiuvandum me
respice. Confundantur et reve-
reantur simul qui quaerunt animam
meam ut auferant eam. Con-
vertantur retrorsum et revereantur
qui volunt mihi mala. Ferant
confestim confusionem suam qui
dicunt mihi euge euge. Exul-
tent et laetentur super te omnes quaeren-
tes te: et dicant semper magnifi-
cetur dominus: qui diligunt salu-
tare tuum. Ego autem mendicus
sum et pauper: dominus sollicitus est
mei. Adiutor meus et protec-
tor meus tu es: deus meus ne tar-
daveris. Gloria patri. Ant. Ut non de-
linquam in lingua mea. Ps. Bea-
tus qui intelligit [illegible]
super egenum et pauperem: in
die mala liberabit eum dominus.
Dominus conservet eum et vivificet eum
et beatum faciat eum in terra: et non
tradat eum in animam inimicorum
eius. Dominus opem ferat illi super
lectum doloris eius: universum stra-
tum eius versasti in infirmitate
eius. Ego dixi domine miserere
mei: sana animam meam: quia

peccavi tibi. Inimici mei dixe-
runt mala mihi: quando morietur et
peribit nomen eius. Et si ingredie-
batur ut videret vana loquebatur
cor eius: congregavit iniquitatem
sibi. Egrediebatur foras et loque-
batur in idipsum. Adversum me susur-
rabant omnes inimici mei: adversum
me cogitabant mala mihi. Ver-
bum iniquum constituerunt adversum
me: numquid qui dormit non ad-
iiciet ut resurgat. Etenim homo
pacis meae in quo speravi: qui
edebat panes meos magnifica-
vit super me supplantationem. Tu autem
domine miserere mei et resuscita me:
et retribuam eis. In hoc cognovi quoniam
voluisti me: quoniam non gaudebit
inimicus meus super me. Me autem propter
innocentiam suscepisti: et confirmasti
me in conspectu tuo in aeternum. Benedictus
41 dominus deus Israel a saeculo et usque in saeculum: fiat fiat.
Quemadmodum desiderat cervus ad
fontes aquarum: ita desiderat anima
mea ad te deus. Sitivit anima mea
ad deum fontem vivum: quando veniam et appa-
rebo ante faciem dei. Fuerunt mihi la-
crimae meae panes die ac nocte: dum
dicitur mihi cotidie ubi est deus tuus.
Recordatus sum et effudi in me animam
meam: quoniam transibo in locum tabernaculi
admirabilis usque ad domum dei. In
voce exultationis et confessionis so-
nus epulantis. Quare tristis es

anima mea et quare conturbas me. Spe
ra in deo quoniam adhuc confitebor illi
salutare vultus mei et deus meus. Ad
me ipsum anima mea conturbata est
propterea memor ero tui de terra iordanis
et hermonyim a monte modico. A
byssus abyssum invocat in voce ca
tharactarum tuarum. Omnia excelsa
tua et fluctus tui super me transie
runt. In die mandavit dominus misericordi
am suam et nocte canticum eius. Apud
me oratio deo vite mee dicam deo su
sceptor meus es. Quare oblitus es
mei et quare contristatus incedo
dum affligit me inimicus. Dum con
fringuntur ossa mea exprobraverunt
michi qui tribulant me inimici
mei. Dum dicunt michi per singulos dies
ubi est deus tuus quare tristis es anima
mea et quare conturbas me. Spe
ra in deo quoniam adhuc confitebor illi
salutare vultus mei et deus meus.
R2 Gloria patri. Antiphona. Sana domine animam me
am quia peccavi tibi. Antiphona. Eructavit
Deus auribus nostris audivimus pa
tres nostri annunciaverunt nobis. Opus
quod operatus es in diebus eorum et in
diebus antiquis. Manus tua gen
tes disperdidit et plantasti eos af
flixisti populos et expulisti eos.
Nec enim in gladio suo possederunt
terram et brachium eorum non salva
vit eos. Sed dextera tua et brachi
um tuum et illuminatio vultus tui
quoniam complacuisti in eis. Tu es

et deus meus
ipse rex meus et deus meus qui mandas salu
tes iacob. In te inimicos nostros
ventilabimus cornu et in nomine
tuo spernemus insurgentes in no
bis. Non enim in arcu meo sperabo
et gladius meus non salvabit
me. Salvasti enim nos de af
fligentibus nos et odientes nos
confudisti. In deo laudabimur
tota die et in nomine tuo confitebi
mur tibi in seculum. Nunc autem repu
listi et confudisti nos et non egre
dieris deus in virtutibus nostris. Aver
tisti nos retrorsum post inimicos
nostros et qui oderunt nos diripie
bant sibi. Dedisti nos tamquam
oves escarum et in gentibus disper
sisti nos. Vendidisti populum tuum
sine precio et non fuit multitudo in
commutationibus eorum. Posuisti nos
obprobrium vicinis nostris subsa
natione et derisu his qui in
circuitu nostro sunt. Posuisti nos
in similitudinem gentibus commo
tionem capitis in populis. Tota die
verecundia contra me est et
confusio faciei mee cooperuit
me. A voce exprobrantis et ob
loquentis a facie inimici et per
sequentis. Hec omnia venerunt
super nos nec obliti sumus te et
inique non egimus in testamento
tuo. Et non recessit retro cor nostrum et
declinasti semitas nostras a via
tua. Quoniam humiliasti nos in loco

afflictionis: et cooperuit nos
umbra mortis. Si obliti sumus
nomen dei nostri: et si expandimus
manus nostras ad deum alienum. Non
ne deus requiret ista: ipse enim
novit abscondita cordis. Quoniam
propter te mortificamur tota die: esti
mati sumus sicut oves occisionis.
Exurge quare obdormis domine
exurge et ne repellas in finem.
Quare faciem tuam avertis: oblivis
ceris inopie nostre et tribulationis
nostre. Quoniam humiliata est in pulve
re anima nostra: conglutinatus
est in terra venter noster. Exurge
domine adiuva nos et redime
nos propter nomen tuum. ps.
Eructavit cor meum verbum bo
num: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe:
velociter scribentis. Speciosus
forma pre filiis hominum diffusa est
gratia in labiis tuis: propterea benedix
it te deus in eternum. Accingere gla
dio tuo: super femur tuum poten
tissime. Specie tua et pulchri
tudine tua: intende prospere
procede et regna. Propter verita
tem et mansuetudinem et iustitiam:
et deducet te mirabiliter dextera
tua. Sagitte tue acute: populi sub
te cadent: in corda inimicorum re
gis. Sedes tua deus in seculum
seculi: virga directionis virga reg
ni tui. Dilexisti iustitiam et o
disti iniquitatem: propterea unxit te
deus deus tuus oleo letitie: pre con
sortibus tuis. Mirra et gutta et
casia a vestimentis tuis: a do
mibus eburneis: ex quibus delec
taverunt te filie regum in honore
tuo. Astitit regina a dextris tu
is in vestitu deaurato: circumdata
varietate. Audi filia et vide
et inclina aurem tuam: et obliviscere
populum tuum et domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tu
um: quoniam ipse est dominus deus tuus:
et adorabunt eum. Et filie tyri
in muneribus vultum tuum depreca
buntur: omnes divites plebis. Omnis
gloria eius filie regis ab intus in
fimbriis aureis: circumamicta
varietatibus. Adducentur regi vir
gines post eam: proxime eius affe
rentur tibi. Afferentur in letitia et
exultatione: adducentur in tem
plum regis. Pro patribus tuis na
ti sunt tibi filii: constitues eos prin
cipes super omnem terram. Memo
res erunt nominis tui domine: in omni progenie
et generatione. Propterea populi con
fitebuntur tibi in eternum: et in seculum
seculi. Gloria patri. An. Eructavit cor
meum verbum bonum. An. Adiutor in
Deus noster refugium et virtus: ad
iutor in tribulationibus que in
venerunt nos nimis. Propterea no

timebimus dum turbabitur terra:
transferentur montes in cor ma
ris. Sonuerunt et turbate sunt aque 26
eorum: conturbati sunt montes in for
titudine eius. Fluminis impetus
letificat civitatem dei: sanctificavit
tabernaculum suum altissimus. Deus
in medio eius non commovebitur:
adiuvabit eam deus mane diluculo.
Conturbate sunt gentes et inclina
ta sunt regna: dedit vocem suam mota
est terra. Dominus virtutum nobiscum:
susceptor noster deus iacob. Venite
et videte opera domini: que posuit prodi
gia super terram: auferens bella
usque ad finem terre. Arcum conteret et
confringet arma: et scuta combu
ret igni. Vacate et videte quoniam ego
sum deus exaltabor in gentibus:
et exaltabor in terra. Dominus virtutum
l7 nobiscum: susceptor noster deus iacob. ps
Omnes gentes plaudite manibus:
iubilate deo in voce exultationis.
Quoniam dominus excelsus: terribilis rex magnus
super omnem terram. Subiecit populos
nobis: et gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem suam: speciem
iacob quam dilexit. Ascendit deus
in iubilo: et dominus in voce tube. Psalli
te deo nostro psallite: psallite regi
nostro psallite. Quoniam rex omnis terre
deus: psallite sapienter. Regnavit
deus super gentes: deus sedet super
sedem sanctam suam. Principes populorum

congregati sunt cum deo abraham:
quoniam dii terre fortes vehementer
elevati sunt. Gloria. An. Adiutor in
tribulationibus. An. Omnibus quer
Magnus dominus et laudabi
lis nimis in civitate dei
nostri in monte sancto eius. Fundatur
exultatione universe terre mons
syon: latera aquilonis civitas
regis magni. Deus in domi
bus eius cognoscetur: cum susci
piet eam. Quoniam ecce reges congre
gati sunt: convenerunt in unum. Ipsi
videntes sic admirati sunt con
turbati sunt commoti sunt: tremor ap
prehendit eos. Ibi dolores ut par
turientis: in spiritu vehementi
conteres naves tharsis. Sicut au
divimus sic vidimus in civitate
domini virtutum: in civitate dei nostri
deus fundavit eam in eternum. Sus
cepimus deus misericordiam tuam: in me
dio templi tui. Secundum no
men tuum deus sic et laus tua in fines
terre: iusticia plena est dextera
tua. Letetur mons syon et ex
ultent filie iude: propter iudicia
tua domine. Circumdate syon et
complectimini eam: narrate in
turribus eius. Ponite corda ves
tra in virtute eius: et distribuite
domos eius ut enarretis in
progenie altera. Quoniam hic est
deus deus noster in eternum et in seculum

seculi: ipse reget nos in secula. ps d'
l 1 Audite hec omnes gentes: au
ribus percipite qui habitatis orbem
Quique terrigene et filii hominum
simul in unum dives et pauper.
Os meum loquetur sapientiam: et me
ditacio cordis mei prudenciam
Inclinabo in parabolam aurem
meam: aperiam in psalterio propo
sicionem meam. Cur timebo in
die mala: iniquitas calcanei
mei circumdabit me. Qui confi
dunt in virtute sua: et in multitu
dine diviciarum suarum gloriantur.
Frater non redimit redimet homo
et non dabit deo placacionem suam
Et precium redempcionis anime sue
et laborabit in eternum et vivet l 8
adhuc in finem. Non videbit
interitum cum viderit sapientes
morientes: simul insipiens et
stultus peribunt. Et relinquent
alienis divicias suas: et sepul
chra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie et
progenie: vocaverunt nomina sua in
terris suis. Homo cum in honore
esset non intellexit: comparatus est
iumentis insipientibus et simi
lis factus est illis. Hec via illorum
scandalum ipsis: et postea in ore
suo complacebunt. Sicut oves
in inferno positi sunt: mors depascet
eos. Et dominabuntur eorum iusti
in matutino: et auxilium eorum ve
terascet in inferno a gloria eorum.
Verumptamen deus redimet animam
meam de manu inferi: cum acceperit
me. Ne timueris cum dives factus
fuerit homo: et cum multiplicata
fuerit gloria domus eius. Quoniam cum in
terierit non sumet omnia: neque descen
det cum eo gloria domus eius. Quia
anima eius in vita ipsius benedicetur
confitebitur tibi cum benefeceris
ei. Introibit usque in progenies pa
trum suorum: et usque in eternum non vide
bit lumen. Homo cum in honore esset
non intellexit: comparatus est iumen
tis insipientibus et similis factus
est illis. Gloria. An. Auribus percipite
qui habitatis orbem. An. Deus deorum.
Deus deorum dominus locutus est: et
vocavit terram. A solis ortu
usque ad occasum: ex Syon species decoris
eius. Deus manifeste veniet:
deus noster et non silebit. Ignis
in conspectu eius exardescet: et
in circuitu eius tempestas valida.
Advocavit celum desursum:
et terram discernere populum suum. Con
gregate illi sanctos eius: qui ordi
nant testamentum eius super sacrificia.
Et annunciabunt celi iusticiam
eius: quoniam deus iudex est. Audi
populus meus et loquar israel: et testi
ficabor tibi deus deus tuus ego
sum. Non in sacrificiis tuis arguam

te: holocausta autem tua in conspectu
meo sunt semper. Non accipiam de domo
tua vitulos: neque de gregibus tuis
hircos. Quoniam mee sunt omnes fere sil
varum: iumenta in montibus et boves.
Cognovi omnia volatilia celi: et pul
chritudo agri mecum est. Si esu
riero non dicam tibi: meus est enim
orbis terre et plenitudo eius. Num
quid manducabo carnes taurorum:
aut sanguinem hircorum potabo. Im
mola deo sacrificium laudis: et red
de altissimo vota tua. Et invoca
me in die tribulationis: et eruam
te et honorificabis me. Peccatori
autem dixit deus quare tu enar
ras iusticias meas: et assumis
testamentum meum per os tuum. Tu vero
odisti disciplinam: et proiecisti sermones
meos retrorsum. Si videbas furem
currebas cum eo: et cum adulteris
portionem tuam ponebas. Os tuum
habundavit malicia: et lingua
tua concinnabat dolos. Sedens
adversus fratrem tuum loquebaris: et
adversus filium matris tue ponebas
scandalum: hec fecisti et tacui. Ex
istimasti inique quod ero tui similis:
arguam te et statuam contra faciem
tuam. Intelligite hec qui oblivis
cimini deum: ne quando rapiat et non
sit qui eripiat. Sacrificium lau
dis honorificabit me: et illic
iter quo ostendam illi salutare
dei

Quid gloriaris in malicia qui
potens es in iniquitate. Tota
die iniusticiam cogitavit lingua
tua: sicut novacula acuta fecisti
dolum. Dilexisti maliciam super
benignitatem: iniquitatem magis
quam loqui equitatem. Dilexisti
omnia verba precipitationis: lingua
dolosa. Propterea deus destruet
te in finem: evellet te et emigra
bit te de tabernaculo tuo: et radicem
tuam de terra viventium. Videbunt
iusti et timebunt et super eum ride
bunt et dicent ecce homo qui non
posuit deum adiutorem suum. Sed
speravit in multitudine diviciarum
suarum: et prevaluit in vanitate sua.
Ego autem sicut oliva fructifera in
domo dei speravi in misericordia dei in
eternum et in seculum seculi. Confitebor
tibi in seculum quia fecisti: et expectabo
nomen tuum quoniam bonum est in con
spectu sanctorum tuorum. Gloria. Antiphona Deus
deorum dominus locutus est. Versus Immo
la deo sacrificium laudis et redde
altissimo vota tua. Laudes de george
Secundum magnam misericordiam tuam domine
miserere mei. Psalmus Salutare vultus

Iudica me deus et discerne cau
sam meam de gente non sancta: ab
homine iniquo et doloso erue
me. Quia tu es deus fortitudo
mea quare repulisti et quare
tristis incedo dum affligit me

in introibo. Emitte lucem tuam et
veritatem tuam ipsa me deduxe
runt et adduxerunt in montem sanc
tum et in tabernacula tua. Et in
troibo ad altare dei ad deum qui
letificat iuventutem meam. Con
fitebor tibi in cythara deus deus
meus quare tristis es anima mea et
quare conturbas me. Spera
in deo quoniam adhuc confitebor
illi salutare vultus mei et deus
meus. Gloria. An. Salutare vultus
mei et deus meus. An. Sitivit in te
ps. Deus deus meus. An. Sitivit
in te anima mea domine. An. Cunctis die
Ego dixi in dimidio dierum
meorum vadam ad portas in
feri quesivi residuum annorum me
orum. Dixi non videbo dominum deum
in terra viventium non aspiciam
hominem ultra et habitatorem quie
tis. Generatio mea ablata est et
convoluta a me quasi tabernaculum
pastorum. Precisa est velud a
texente vita mea dum adhuc
ordirer succidit me de mane
usque ad vesperam finies me. Spe
rabam usque ad mane quasi leo
sic contrivit omnia ossa mea.
De mane usque ad vesperam fi
nies me sicut pullus hirun
dinis sic clamabo meditabor
ut columba. Attenuati
sunt oculi mei suspicientes in ex
celso. Domine vim patior responde
pro me quid dicam aut quid respon
debit michi cum ipse fecerim. Re
cogitabo tibi omnes annos me
os in amaritudine anime mee.
Domine si sic vivitur et in talibus vi
ta spiritus mei corripies me et vivi
ficabis me ecce in pace amaritu
do mea amarissima. Tu autem
eruisti animam meam ut non periret
proiecisti post tergum tuum omnia peccata
mea. Quia non infernus confite
bitur tibi neque mors laudabit te
non expectabunt qui descendunt
in lacum veritatem tuam. Vivens vi
vens ipse confitebitur tibi sicut
et ego hodie pater filiis notam faciet
veritatem tuam. Domine salvum me
fac et psalmos nostros cantabi
mus cunctis diebus vite nostre in do
mo domini. Gloria. An. Cunctis diebz
vite nostre salvos nos fac domine. An.
Omnes angeli eius laudate dominum
de celis. ps. Laudate. capitulum feriale
Ab. Fratres vigilate et state. ymnus
Ales diei nuncius lucem propin
qua precinit nos excitator
mentium iam Christus ad vitam vocat. Au
ferte clamat lectulos egros so
pore desides caste recte ac sobrie
vigilate iam prope sum. Ihesum
ciamus vocibus flentes precantes
sobrie intenta supplicatio dor
mire cor mundum vetat. Tu Christe

Somp(n)um discute. Tu rumpe noctis vin
cula. tu solue peccatum vetus. nouumque
lumine ingere. Presta pater pijssime
Versiculus. Repleti sumus mane. Ad
benedictus. Erexit dominus nobis cornu sa
lutis in domo dauid pueri sui. p(salmus) Bene
dictus. Coll(ecta) dominicalis. Feria
quarta in matutinis. Invita(torium)
In manu tua domine omnes fines terre. p(salmus)
Rerum creator optime. V(enite)
Rectorque noster aspice nos a quie
te noxia mersos sopore libera. Te
sancte xpiste poscimus. ignosce tu cri
minibus. Ad confitendum surgimus
morasque noctis rumpimus. Men
tes manusque tollimus. propheta sicut
nocturnis nobis gerendum precipit.
paulusque gestis censuit. Vides
malum quod gessimus. occulta nostra pan
dimus. preces gementes fundimus
dimitte quod peccauimus. Presta pater
pijssime. Antiphona. Auertit dominus. p(salmus)
Dixit insipiens in corde suo.
non est deus. Corrupti sunt
et abhominabiles facti sunt
in iniquitatibus suis. non est qui faci
at bonum. Deus de celo prospexit super fi
lios hominum ut uideat si est intel
ligens aut requirens deum. Omnes
declinauerunt simul inutiles facti
sunt non est qui faciat bonum non e(st)
usque ad unum. Nonne scient omnes
qui operantur iniquitatem. qui de
uorant plebem meam sicut escam

panis. Deum non inuocauerunt illic
trepidauerunt timore. ubi non erat
timor. Quoniam deus dissipauit ossa
eorum qui hominibus placent con
fusi sunt. quoniam deus spreuit eos. Quis
dabit ex syon salutare israel cum
conuerterit dominus captiuitatem ple
bis sue. exultabit iacob et le
Exaudi deus orationem. tabitur israel
meam et ne despexeris depreca
tionem meam. intende mihi et exau
di me. Contristatus sum in exer
citatione mea et conturbatus sum
a uoce inimici. et a tribulatione
peccatoris. Quoniam declinauerunt in me
iniquitates. et in ira molesti
erant mihi. Cor meum conturba
tum est in me. et formido mortis
cecidit super me. Timor et tre
mor uenerunt super me. et con
texerunt me tenebre. Et dixi
quis dabit mihi pennas sicut co
lumbe. et uolabo et requiescam.
Ecce elongaui fugiens. et
mansi in solitudine. Expecta
bam eum qui saluum me fecit.
a pusillanimitate spiritus et tempes
tate. Precipita domine et diuide
linguas eorum. quoniam uidi iniqui
tatem et contradictionem in ciuita
te. Die ac nocte circumdabit eam
super muros eius iniquitas. et la
bor in medio eius et iniusticia.
Et non defecit de plateis eius usu(ra)

ra et dolus. Quoniam si inimicus meus
maledixisset michi sustinu-
issem utique. Et si is qui oderat
me super me magna locutus
fuisset absondissem me for-
sitan ab eo. Tu vero homo una-
nimis dux meus et notus meus.
Qui simul mecum dulces capi-
ebas cibos in domo dei ambu-
lavimus cum consensu. Veniat
mors super illos et descendant
in infernum viventes. Quoniam ne-
quicie in habitaculis eorum in me-
dio eorum. Ego autem ad dominum
clamavi et dominus salvabit me.
Vespere et mane et meridie
narrabo et annunciabo et ex-
audiet vocem meam. Redimet
in pace animam meam ab hiis qui
appropinquant michi quoniam inter multos
erant mecum. Exaudiet deus
et humiliabit illos qui est an-
te secula. Non enim est illis com-
mutacio et non timuerunt deum.
Extendit manum suam in retribu-
endo. Contaminaverunt testame-
ntum eius divisi sunt ab ira vultus
eius et appropinquabit cor illius.
Molliti sunt sermones eius super
oleum et ipsi sunt iacula. Iacta
super dominum curam tuam et ipse te
enutriet et non dabit in eternum
fluctuacionem iusto. Tu vero
deus deduces eos in puteum in-

teritus. Viri sanguinum et dolosi
non dimidiabunt dies suos ego
autem sperabo in te domine. Gloria. Antiphona.
Avertit dominus captivitatem plebis sue.

Miserere mei deus. Psalmus. Quoniam inte-
quoniam conculcavit me homo
tota die impugnans tribula-
vit me. Conculcaverunt me in-
imici mei tota die quoniam multi
bellantes adversum me. Ab alti-
tudine diei timebo ego autem
in te sperabo. In deo laudabo
sermones meos in deo speravi
non timebo quid faciat michi caro.
Tota die verba mea execrabantur
adversum me omnes cogitaciones eorum
in malum. Inhabitabunt et abscon-
dent ipsi calcaneum meum observa-
bunt. Sicut sustinuerunt animam
meam pro nichilo salvos facies illos
in ira populos confringes. Deus vi-
tam meam annunciavi tibi posuisti
lacrimas meas in conspectu tuo. Si-
cut et in promissione tua tunc con-
vertentur inimici mei retrorsum.
In quacumque die invocavero te ecce
cognovi quoniam deus meus es. In deo
laudabo verbum in domino laudabo
sermonem in deo speravi non time-
bo quid faciat michi homo. In me sunt
deus vota tua que reddam lau-
daciones tibi. Quoniam eripuisti animam
meam de morte et pedes meos de
lapsu ut placeam coram deo in

Miserere mei deus miserere mei quoniam in te confidit anima
mea. Et in umbra alarum tuarum spe
rabo: donec transeat iniquitas. Cla
mabo ad deum altissimum deum qui
benefecit michi. Misit de celo et li
beravit me: dedit in obprobrium con
culcantes me. Misit deus misericordiam
suam et veritatem suam et eripuit animam
meam de medio catulorum leonum
dormivi conturbatus. Filii hominum
dentes eorum arma et sagitte: et
lingua eorum gladius acutus.
Exaltare super celos deus: et super
omnem terram gloria tua. Laqueum pa
raverunt pedibus meis: et incurva
verunt animam meam. Foderunt ante
faciem meam foveam: et inciderunt
in eam. Paratum cor meum deus paratum
cor meum: cantabo et psalmum di
cam. Exurge gloria mea exur
ge psalterium et cythara: exur
gam diluculo. Confitebor tibi
in populis domine: et psalmum dicam
in gentibus. Quoniam magnificata
est usque ad celos misericordia tua: et usque
ad nubes veritas tua. Exaltare
super celos deus: et super omnem terram
gloria tua. Gloria patri. Ant. Quoniam in te
confidit anima mea. Ant. Iuste iu

Si vere utique iusticiam lo
quimini: recta iudicate filii homi
num. Etenim in corde iniquitates
operamini in terra: iniusticias manus

vestre concinnant. Alienati sunt
peccatores a vulva: erraverunt ab
utero: locuti sunt falsa. Furor
illis secundum similitudinem serpen
tis: sicut aspidis surde et ob
turantis aures suas. Que non
exaudiet vocem incanta
ncium: et venefici incantantis
sapienter. Deus conteret den
tes eorum in ore ipsorum: molas
leonum confringet dominus. Ad
nichilum devenient tamquam
aqua decurrens: intendit ar
cum suum donec infirmentur. Sicut
cera que fluit auferentur: super
cecidit ignis et non viderunt
solem. Priusquam intelligerent
spine vestre ramnum: sicut vivi
ventes sic in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum viderit
vindictam: manus suas lava
bit in sanguine peccatoris. Et dicet
homo si utique est fructus iusto:
utique est deus iudicans eos in terra.
Eripe me de inimicis meis deus meus: et
ab insurgentibus in me libera
me. Eripe me de operantibus
iniquitatem: et de viris sanguinum
salva me. Quia ecce ce
perunt animam meam: irruerunt
in me fortes. Neque iniquitas
mea neque peccatum meum domine:
sine iniquitate cucurri et

et dixeri. Exurge in occursum meum et vide, et tu domine deus virtutum deus israel. Intende ad visitandas omnes gentes non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Convertentur ad vesperam et famem patientur ut canes et circuibunt civitatem. Ecce loquentur in ore suo et gladius in labiis eorum quoniam quis audivit. Et tu domine deridebis eos: et ad nichilum deduces omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam quia deus susceptor meus es deus meus misericordia eius preveniet me. Deus ostendit michi super inimicos meos ne occidas eos, nequando obliviscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua, et depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum: et comprehendantur in superbia sua. Et de execratione et mendacio annunciabuntur in consummatione in ira consummationis et non erunt. Et scient quia deus dominabitur iacob et finium terre. Convertentur ad vesperam et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum si vero non fuerint saturati et murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, et exaltabo mane misericordiam tuam

Quia factus es susceptor meus. et refugium meum, in die tribulationis mee. Adiutor meus tibi psallam, quia deus susceptor meus. deus meus misericordia mea. Gloria patri. Antiphona. Iuste iudicate filii hominum. Antiphona. Da nobis

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis. Commovisti terram et conturbasti eam, sana contritiones eius quia commota est. Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. Ut liberentur dilecti tui, salvum fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo, letabor et partibor sicimam et convallem tabernaculorum metibor. Meus est galaad et meus est manasses, et effraym fortitudo capitis mei. Iuda rex meus. moab olla spei mee. In ydumeam extendam calciamentum meum, michi alienigene subditi sunt. Quis deducet me in civitatem munitam, quis deducet me usque in ydumeam. Nonne tu deus qui repulisti nos, et non egredieris deus in virtutibus nostris. Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana est salus hominis. In deo faciemus virtutem

et ipe ad nichilu deducet tribula
Exaudi ds deprecacõẽ / tes nos
mea intende oroni mee A
finib terre ad te clamaui du anxi
aret cor meu in petra exaltas
ti me Deduxisti me qr factus es
spes mea turris fortitudinis a fa
cie inimici Inhitabo in tabna
clo tuo in scla ptegar in velame
to alarum tuarum Qm tu ds ms ex
audisti orone mea dedisti heredi
tate timentib nome tuu Dies
sup dies regis adicies annos ei9
usqz i diem generatonis et generatõis
Permanet in etnm in conspctu dei
mia3 et ritatem ei9 quis requi
ret Sic psalmu dicam nomini tuo
in sclm scli ut reddam vota mea de
die in diem Gla cu Dans nob dne
auxiliu de tribulatone Antiphona
Nonne deo subiecta erit aia
mea ab ipo enim salutare
meu Nam et ipe ds ms et sa
lutaris ms susceptor ms no
mouebor ampli9 Quousqz ir
ruitis in homine interficitis vniu
si uos tamqz parieti inclinato
et materie depulse Verum tn
preciu meu cogitauerunt repellere
cucurri in siti ore suo bndicebant
et corde suo maledicebant
Verumtamen deo subiecta esto aia
mea qm ab ipo enim paciencia me
a Qm ipe ds ms et salutaris

ms adiutor ms no emigra
bo In deo salutare meu et
gla mea deus auxilij mei
et spes mea in deo est Sperate
in eo omis congregacio pplí effu
dite cora illo corda vra ds
adiutor nr in etnm Verumtn
vani filij hominu in stateris ut
decipiant ipi de vanitate in
idipm Nolite sperare in iniq
tate et rapinas nolite con
cupiscere diuicie si affluat
nolite cor apponere Semel
locutus est deus hec duo audiui
qr potestas dei est et tibi dne
mia qr tu reddis vnicuiqz
iuxta opa sua Psalmus dd
Exaudi ds oronem mea cu
deprecor a timore inimici eri
pe aiam mea Protexisti me
a conuentu malignancium a
multitudine operantiu iniquita
tem Quia exacuerunt ut gla
diu linguas suas intenderunt
arcu rem amara ut sagittent
in occultis immaculatu Subi
to sagittabunt eu et no time
bunt firmauerunt sibi sermone
nequam Narrauerunt ut absconderent
laqueos dixerunt quis videbit
eos Scrutati sunt iniquitates defecerunt
defecerunt scrutantes scrutinio
Accedit homo ad cor altu et exal
tabitur deus Sagitte puulorum

mendaces filij hominu in stater

facte sunt plage eorum, et infirma
te sunt contra eos lingue eorum. Con
turbati sunt omnes qui videbant
eos: et timuit omnis homo. Et
annunciaverunt opera dei, et facta eius
intellexerunt. Letabitur iustus
in domino et sperabit in eo, et lau
dabuntur omnes recti corde. Gloria patri.
Ant. A timore inimici eripe animam
meam. Ant. In ecclesiis. Ps.
Iubilate deo omnis terra psal
mum dicite nomini eius, date glori
am laudi eius. Dicite deo quam terri
bilia sunt opera tua domine, in multitu
dine virtutis tue mentientur
tibi inimici tui. Omnis terra
adoret te deus et psallat tibi
psalmum dicat nomini tuo. Ve
nite et videte opera dei, terri
bilis in consiliis super filios ho
minum. Qui convertit mare in ari
dam, in flumine pertransibunt pede:
ibi letabimur in ipso. Qui domina
tur in virtute sua in eternum, oculi eius
super gentes respiciunt qui ex
asperant non exaltentur in se
metipsis. Benedicite gentes deum
nostrum et auditam facite vocem
laudis eius. Qui posuit animam
meam ad vitam, et non dedit in
commotionem pedes meos. Quoniam
probasti nos deus igne nos ex
aminasti sicut examinatur
argentum. Induxisti nos in

laqueum posuisti tribulationes
in dorso nostro, imposuisti homines
super capita nostra. Transivimus per
ignem et aquam, et eduxisti
nos in refrigerium. Introibo in
domum tuam in holocaustis, red
dam tibi vota mea que distinxe
runt labia mea. Et locutum est
os meum in tribulatione mea.
Holocausta medullata offeram
tibi cum incenso arietum, offeram
tibi boves cum hircis. Venite
audite et narrabo omnes qui ti
metis deum, quanta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamavi et
exaltavi sub lingua mea. In
iquitatem si aspexi in corde meo
non exaudiet dominus. Propterea
exaudivit deus, et attendit vo
ci deprecationis mee. Benedictus deus
qui non amovit orationem meam
et misericordiam suam a me. Ps.
Exurgat deus et dissipentur
inimici eius, et fugiant qui
oderunt eum a facie eius. Sicut de
ficit fumus deficiant sicut fluit
cera a facie ignis, sic pereant
peccatores a facie dei. Et iusti epu
lentur et exultent in conspectu
dei, et delectentur in leticia. Can
tate deo, psalmum dicite nomini
eius, iter facite ei qui ascendit
super occasum dominus nomen illi. Ex
ultate in conspectu eius turbabuntur

a facie eius patris orphanorum et iu
dicis viduarum. Deus in loco sancto suo
deus qui inhabitare facit unius moris
in domo. Qui educit vinctos in for
titudine similiter eos qui exaspe
rant qui habitant in sepulchris. Deus
cum egredieris in conspectu popu
li tui cum pertransieris in deserto. Terra
mota est etenim celi distillave
runt a facie dei synai a facie dei
israel. Pluviam voluntariam segrega
bis deus hereditati tue et infirma
ta est tu vero perfecisti eam. Animalia
tua habitabunt in ea parasti in dulce
dine tua pauperi deus. Dominus da
bit verbum evangelizantibus virtute
multa. Rex virtutum dilecti dilecti
et speciei domus dividere spolia. Si
dormiatis inter medios cleros
penne columbe deargentate et pos
teriora dorsi eius in pallore au
ri. Dum discernit celestis reges
super eam nive dealbabuntur in sel
mon. Mons dei mons pinguis.
Mons coagulatus mons pingu
is. Ut quid suspicamini montes
coagulatos. Mons in quo benepla
citum est deo habitare in eo etenim
dominus habitabit in finem. Currus dei
decem milibus multiplex milia
letantium dominus in eis in syna in sancto.
Ascendisti in altum cepisti captivita
tem accepisti dona in hominibus. Et
enim non credentes inhabitare dominum

deum. Benedictus dominus die cotidie
prosperum iter faciet nobis deus
salutarium nostrorum. Deus noster deus
salvos faciendi et domini domini
exitus mortis. Verumtamen deus
confringet capita inimicorum
suorum verticem capilli perambulan
tium in delictis suis. Dixit dominus
ex basan convertam convertam in
profundum maris. Ut intingatur
pes tuus in sanguine lingua
canum tuorum ex inimicis ab ipso.
Viderunt ingressus tuos deus
ingressus dei mei regis mei
qui est in sancto. Prevenerunt prin
cipes coniuncti psallentibus in me
dio iuvencularum tympanistria
rum. In ecclesiis benedicite deo domino
de fontibus israel. Ibi beniamin
adolescentulus in mentis ex
cessu. Principes iuda duces eorum
principes zabulon et principes
neptalim. Manda deus virtu
ti tue confirma hoc deus quod opera
tus es in nobis. A templo tuo sancto
quod est in ierusalem tibi offerent
reges munera. Increpa feras
harundinis congregatio tauro
rum in vaccis populorum ut ex
cludant eos qui probati sunt ar
gento. Dissipa gentes que
bella volunt venient legati
ex egipto ethiopia preveniet
manus eius deo. Regna terre

cantate deo psallite dno Psal
lite deo qui ascendit super celum
celi ad oriente Ecce dabit voci
sue vocem virtutis date gloriam deo
super israel magnificencia ei(us) et
virtus ei(us) in nubibus Mirabilis
deus in sanctis suis deus israel ipse
dabit virtutem et fortitudinem ple
bi sue benedictus deus Gloria patri
An In ecclesijs benedicite dno v
Deus vitam meam annunciavi tibi
posuisti lacrimas meas in conspectu tuo
Ante laudes v Esto nobis turris
fortitudinis a facie inimici
Amplius lava Ad laudes an
me dne ab iniusticia mea ps
Miserere mei deus An Te decet ps
Te decet ympnus deus in syon
et tibi reddetur votum in ierusalem
Exaudi oracionem meam ad te omnis
caro veniet Verba iniquorum pre
valuerunt super nos et impieta
tibus nostris tu propiciaberis Beatus
quem elegisti et assumpsisti inhabi
tabit in atrijs tuis Replebi
mur in bonis domus tue sanctum
est templum tuum mirabile in
equitate Exaudi nos deus sa
lutaris noster spes omnium finium terre
in mari longe Preparans
montes in virtute tua accinctus
potencia qui conturbas pro
fundum maris sonum fluctuum
ei(us) Turbabuntur gentes et ti
mebunt qui habitant terminos a
signis tuis exitus matutini
et vespere delectabis Visitasti
terram et inebriasti eam multi
plicasti locupletare eam Flu
men dei repletum est aquis pa
rasti cibum illorum quoniam ita est
preparacio ei(us) Rivos ei(us) inebri
ans multiplica genimina
ei(us) in stillicidijs ei(us) letabitur
germinans Benedices corone anni
benignitatis tue et campi tui
replebuntur ubertate Pingues
cent speciosa deserti et exul
tacione colles accingentur In
duti sunt arietes ovium et valles
habundabunt frumento clama
bunt et enim ympnum dicent Gloria
An Te decet ympnus deus in syon
An Labia mea laudabunt te in
vita mea deus meus ps Deus deus
meus ad te An Exultavit cor.
Exultavit cor meum in dno et
exaltatum est cornu meum in deo
meo Dilatatum est os meum super
inimicos meos quia letata sum in
salutari tuo Non est sanctus ut est
dns neque enim est alius extra
te et non est fortis sicut deus noster
Nolite multiplicare loqui sub
limia gloriantes Recedant ve
tera de ore vestro quia deus scien
ciarum dns et ipsi preparantur cogi
taciones Arcus fortium supe

Salutem ex inimicis nostris et de manu
omnium qui oderunt nos. Libera nos domine rex
ps. Benedictus.

28 36 34

ratus est. et infirmi accincti sunt ro
bore. Repleti prius pro panibus se loca
verunt. et famelici saturati sunt. Do
nec sterilis peperit plurimos. et que
multos habebat filios infirmata est.
Dominus mortificat et vivificat. de
ducit ad inferos et reducit. Dominus
pauperem facit et ditat. humiliat et
sublimat. Suscitans de pulvere
egenum. et de stercore erigens pau
perem. Ut sedeat cum principibus et
solium glorie teneat. Domini enim sunt car
dines terre. et posuit super eos or
bem. Pedes sanctorum suorum servabit. et
impii in tenebris conticescent. quia
non in fortitudine sua roborabitur
vir. Dominum formidabunt adversarii
eius. et super ipsos in celis tonabit.
Dominus iudicabit fines terre et dabit
imperium regi suo. et sublimabit
cornu christi sui. Gloria. An. Exultavit
cor meum in domino. An. Celi celorum
laudate deum. ps. Laudate dominum de
[...] Fratres vigilate et orate. Ymnus.
Nox et tenebre et nubila con
fusa mundi et turbida. lux in
trat albescit polus. christus venit
discedite. Caligo terre scinditur
percussa solis spiculo. rebusque iam
color redit. vultu nitentis side
ris. Te christe solum novimus. mente
pura et simplici. flendo et canendo
quesumus. intende nostris sensibus. Sunt
multa fucis illita. que luce pur
gentur tua. tu lux eoi sideris
vultu sereno illumina. Presta pa
ter piissime. V. Repleti sumus mane.
Coll. dominical. Suff. maiorum. Ferial. Inv.
Adoremus dominum qui ipse fecit nos. ps.
Nox atra rerum con Ym. Venite
tegit terre colores omnium. nos con
fitentes poscimus te iuste iudex
cordium. Ut auferas piacula. sor
desque mentis abluas. donesque
christe gratiam. ut arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia. quam
culpa mordet noxia. obscura
noscat tollere et te redemptor que
rere. Repelle tu caliginem in
trinsecus quam maxime. ut in beato
gaudeat. se collocari lumine. Presta
pater piissime. An. Domine deus. ps.
Salvum me fac deus quoniam
intraverunt aque usque
ad animam meam. Infixus
sum in limo profundi. et non est
substantia. Veni in altitudinem maris
et tempestas demersit me. La
boravi clamans rauce facte sunt
fauces mee. defecerunt oculi mei
dum spero in deum meum. Multipli
cati sunt super capillos capitis mei
qui oderunt me gratis. Confor
tati sunt qui persecuti sunt me inimici
mei iniuste. que non rapui tunc
exsolvebam. Deus tu scis in
sipientiam meam. et delicta mea
a te non sunt abscondita. Non



erubescant in me qui expectant te
domine domine virtutum. Non confundantur
super me qui querunt te deus israel. Quoniam
propter te sustinui obprobrium operuit con-
fusio faciem meam. Extraneus
factus sum fratribus meis et peregrinus
filiis matris mee. Quoniam zelus
domus tue comedit me et ob-
probria exprobrantium tibi ceciderunt
super me. Et operui in ieiunio animam
meam et factum est obprobrium michi.
Et posui vestimentum meum cilicium
et factus sum illis in parabolam.
Adversum me loquebantur qui se-
debant in porta et in me psal-
lebant qui bibebant vinum. Ego
vero orationem meam ad te domine tem-
pus beneplaciti deus. In multitu-
dine misericordie tue exaudi me in ve-
ritate salutis tue. Eripe me de
luto ut non infigar libera me
ab hiis qui oderunt me et de profun-
dis aquarum. Non me demergat
tempestas aque neque absorbeat
me profundum neque urgeat super
me puteus os suum. Exaudi
me domine quoniam benigna est misericordia
tua secundum multitudinem miseratio-
num tuarum respice in me. Et ne
avertas faciem tuam a puero
tuo quoniam tribulor velociter exau-
di me. Intende anime mee et li-
bera eam propter inimicos meos eri-
pe me. Tu scis improperium meum
et confusionem meam et reverenciam
meam. In conspectu tuo sunt omnes qui
tribulant me improperium expecta-
vit cor meum et miseriam. Et
sustinui qui simul contristaretur
et non fuit et qui consolaretur
et non inveni. Et dederunt in escam
meam fel et in siti mea potave-
runt me aceto. Fiat mensa eorum
coram ipsis in laqueum et in retribu-
tiones et in scandalum. Obscurentur
oculi eorum ne videant et dorsum
eorum semper incurva. Effunde super
eos iram tuam et furor ire tue com-
prehendat eos. Fiat habitatio eorum
deserta et in tabernaculis eorum non sit
qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti
persecuti sunt et super dolorem vul-
nerum meorum addiderunt. Appone
iniquitatem super iniquitatem eorum
et non intrent in iusticiam tuam.
Deleantur de libro viventium et
cum iustis non scribantur. Ego sum
pauper et dolens salus tua deus
suscepit me. Laudabo nomen dei
cum cantico et magnificabo eum
in laude. Et placebit deo super
vitulum novellum cornua producen-
tem et ungulas. Videant et
letentur querite deum et vivet
anima vestra. Quoniam exaudivit pau-
peres dominus et vinctos suos non
despexit. Laudent illum celi et
terra mare et omnia reptilia in eis.

f. Avertantur retrorsum et erubescant
qui volunt mala michi

Quoniam deus salvam faciet syon et edifi
cabuntur civitates iude. Et inhabita
bunt ibi et hereditate acquirent
eam. Et semen servorum eius posside
bit eam et diligunt nomen eius
Deus in adiutorium habitabunt in ea
meum intende domine ad ad
iuvandum me festina. Confundan
tur et revereantur qui querunt
animam meam. Avertantur statim e
rubescentes qui dicunt michi eu
ge euge. Exultent et letentur
in te omnes qui querunt te et di
cant semper magnificetur dominus qui
diligunt salutare tuum. Ego vero
egenus et pauper sum deus adiu
va me. Adiutor meus et libera
tor meus es tu domine ne moreris.
Gloria patri. An. Domine deus in adiutorium
meum intende. An. Esto michi in
In te domine speravi non confundar in
eternum in iusticia tua libera me
et eripe me. Inclina ad me aurem
tuam et salva me. Esto michi in deum
protectorem et in locum munitum ut
salvum me facias. Quoniam firmamen
tum meum et refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu
peccatoris et de manu contra legem
agentis et iniqui. Quoniam tu es pa
ciencia mea domine domine spes mea a
iuventute mea. In te confirmatus
sum ex utero de ventre matris
mee tu es protector meus. In te
cantacio mea semper tamquam pro
digium factus sum multis et tu
adiutor fortis. Repleatur
os meum laude ut cantem
gloriam tuam tota die magni
tudinem tuam. Ne proicias me in
tempore senectutis cum defecerit
virtus mea ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei michi
et qui custodiebant animam
meam consilium fecerunt in unum di
centes deus dereliquit eum persequi
mini et comprehendite eum quia non
est qui eripiat. Deus ne elon
geris a me deus meus in auxilium
meum respice. Confundantur
et deficiant detrahentes ani
me mee operiantur confusione et pu
dore qui querunt mala michi.
Ego autem semper sperabo et adi
ciam super omnem laudem tuam. Os
meum annunciabit iusticiam
tuam tota die salutare tuum. Quoniam
non cognovi litteraturam introi
bo in potencias domini domine me
morabor iusticie tue solius.
Deus docuisti me a iuventute
mea et usque nunc pronunciabo
mirabilia tua. Et usque in senec
tam et senium deus ne derelinquas
me. Donec annunciem brachium
tuum generacioni omni que ven
tura est. Potenciam tuam et ius
ticiam tuam deus usque in altissima

que fecisti magnalia deus quis
similis tibi Quantas ostendisti
michi tribulationes multas et ma
las et conversus vivificasti me
et de abissis terre iterum redux
isti me Multiplicasti magni
ficentiam tuam et conversus con
solatus es me Nam et ego
confitebor tibi in vasis psal
mi veritatem tuam deus psallam
tibi in cythara sanctus israel Ex
ultabunt labia mea cum can
tavero tibi et anima mea quam
redemisti Sed et lingua
mea tota die meditabitur iusti
ciam tuam cum confusi et reve
riti fuerint qui querunt ma
Deus iudicium tuum la michi
regi da, et iusticiam tuam fi
lio regis Iudicare populum
tuum in iusticia, et pauperes tu
os in iudicio Suscipiant
montes pacem populo, et colles
iusticiam Iudicabit pau
peres populi, et salvos faciet fi
lios pauperum et humiliabit ca
lumpniatorem Et permanebit
cum sole et ante lunam in genera
tione et generationem Descendet
sicut pluvia in vellus et
sicut stillicidia stillantia super
terram Orietur in diebus eius ius
ticia et habundantia pacis
donec auferatur luna Et do

minabitur a mari usque ad mare
et a flumine usque ad terminos orbis
terrarum Coram illo procident ethyo
pes, et inimici eius terram lin
gent Reges tharsis et insule
munera offerent, reges arabum
et saba dona adducent Et
adorabunt eum omnes reges, omnes
gentes servient ei Quia liberabit
pauperem a potente, et inope
m cui non erat adiutor Parcet pau
peri et inopi, et animas pauperum sal
vos faciet Ex usuris et iniqui
tate redimet animas eorum, et ho
norabile nomen eorum coram illo
Et vivet et dabitur ei de auro ara
bie, et adorabunt de ipso semper to
ta die benedicent ei Erit firma
mentum in terra in summis montium super
extolletur super libanum fructus
eius et florebunt de civitate sicut
fenum terre Sit nomen eius benedictum
in secula, ante solem permanet no
men eius Et benedicentur in ipso omnes
tribus terre, omnes gentes magnifi
cabunt eum Benedictus dominus deus israel
qui facit mirabilia solus Et
benedictum nomen maiestatis eius
in eternum, et replebitur maiestate
eius omnis terra fiat fiat Gloria Antiphona
Esto michi domine in deum protectorem Antiphona
Quam bonus israel deus Liberasti
his qui recto sunt corde Mei aut
em pene moti sunt pedes, pene effusi

sunt egressus mei. Quia zelavi super
iniquos pacem peccatorum videns. Quia
non est respectus morti eorum, et firma
mentum in plaga eorum. In labore ho
minum non sunt, et cum hominibus non fla
gellabuntur. Ideo tenuit eos su
perbia, operti sunt iniquitate et impi
etate sua. Prodiit quasi ex adipe
iniquitas eorum, transierunt in affectum
cordis. Cogitaverunt et locuti sunt ne
quiciam, iniquitatem in excelso lo
cuti sunt. Posuerunt in celum os suum
et lingua eorum transivit in terra.
Ideo convertetur populus meus hic, et
dies pleni invenientur in eis. Et
dixerunt quomodo scit deus, et si est scientia
in excelso. Ecce ipsi peccatores et
habundantes in seculo obtinuerunt
divicias. Et dixi ergo sine causa ius
tificavi cor meum, et lavi inter in
nocentes manus meas. Et fui fla
gellatus tota die, et castigatio
mea in matutinis. Si dicebam
narrabo sic, ecce nacionem filiorum
tuorum reprobavi. Existimabam ut
cognoscerem, hic labor est ante me.
Donec intrem in sanctuarium dei, et in
telligam in novissimis eorum. Verum
tamen propter dolos posuisti eis, deiecisti
eos dum allevarentur. Quomodo facti
sunt in desolacionem, subito defecerunt
perierunt propter iniquitatem suam. Ve
lud sompnium surgencium domine in
civitate tua ymaginem ipsorum ad

nichilum rediges. Quia inflam
matum est cor meum, et renes mei
commutati sunt, et ego ad nichilum
redactus sum, et nescivi. Ut iumen
tum factus sum apud te, et ego semper tecum.
Tenuisti manum dexteram me
am, et in voluntate tua deduxisti
me, et cum gloria suscepisti me.
Quid enim michi est in celo, et
a te quid volui super terram. Defecit
caro mea et cor meum, deus cor
dis mei et pars mea deus in eternum.
Quia ecce qui elongant se a te
peribunt, perdidisti omnes qui forni
cantur abs te. Michi autem adherere
deo bonum est, et ponere in domino
deo spem meam. Ut annunciem
omnes predicaciones tuas in por
tis filie Syon.
Ut quid deus repulisti in finem, iratus est
furor tuus super oves pascue
tue. Memor esto congregacionis
tue, quam possedisti ab inicio.
Redemisti virgam hereditatis
tue, mons Syon in quo habi
tasti in eo. Leva manus tuas
in superbias eorum in finem, quanta
malignatus est inimicus
in sancto. Et gloriati sunt qui oderunt
te in medio sollempnitatis tue.
Posuerunt signa sua signa
et non cognoverunt sicut in exi
tu super summum. Quasi in silva
lignorum securibus exciderunt

ianuas eius in idipsum in securi
et ascia deiecerunt eam. Incen
derunt igni sanctuarium tuum in terra, pollu
erunt tabernaculum nominis tui
Dixerunt in corde suo cognatio
eorum simul quiescere faciamus omnes
dies festos dei a terra. Signa
nostra non vidimus iam non est propheta
et nos non cognoscet amplius
Usquequo deus improperabit inimi
cus, irritat adversarius nomen
tuum in finem. Ut quid avertis ma
num tuam et dexteram tuam de me
dio sinu tuo in finem. Deus autem
rex noster ante secula operatus est
salutem in medio terre. Tu confir
masti in virtute tua mare, tu con
tribulasti capita draconum
in aquis. Tu confregisti ca
pita draconis dedisti eum escam
populis ethiopum. Tu dirupisti
fontes et torrentes, tu siccasti
fluvios ethan. Tuus est di
es et tua est nox, tu fabri
catus es auroram et solem. Tu
fecisti omnes terminos terre, estatem
et ver tu plasmasti ea. Memor
esto huius inimicus impro
peravit dominum et populus insipi
ens incitavit nomen tuum. Ne
tradas bestiis animas confiten
tes tibi, et animas pauperum tuorum
ne obliviscaris in finem. Respi
ce in testamentum tuum, quia repleti

qui obscurati sunt terre domibus
iniquitatum. Ne avertatur humilis factus
confusus, pauper et inops lau
dabunt nomen tuum. Exurge
deus iudica causam tuam memor
esto improperiorum tuorum eorum que
ab insipiente sunt tota die. Ne ob
liviscaris voces inimicorum tuorum
superbia eorum qui te oderunt as
cendit semper. Gloria. Ant. Liberasti vir
gam hereditatis tue domine. Ant. Et invocabimus
Confitebimur tibi deus con
fitebimur et invocabimus no
men tuum. Narrabimus mirabi
lia tua cum accepero tempus ego
iusticias iudicabo. Liquefacta
est terra et omnes qui habitant in ea
ego confirmavi columpnas eius.
Dixi iniquis nolite inique agere
et delinquentibus nolite exal
tare cornu. Nolite extollere in
altum cornu vestrum, nolite loqui
adversus deum iniquitatem. Quia
neque ab oriente neque ab occiden
te quoniam deus iudex est. Hunc humi
liat et hunc exaltat, quia ca
lix in manu domini vini meri ple
nus mixto. Et inclinavit ex hoc
in hoc verumtamen fex eius non
est exinanita, bibent omnes
peccatores terre. Ego autem annunc
iabo in seculum cantabo deo iacob
Et omnia cornua peccatorum confri
ngam, et exaltabuntur cornua iusti

[illegible]
neque a desertis montibus

Notus in iudea deus in israel magnum
nomen eius. Et factus est in pace
locus eius et habitatio eius in syon
Ibi confregit potentias arcum scu
tum gladium et bellum. Illuminans tu
mirabiliter a montibus eternis turba
ti sunt omnes insipientes corde. Dor
mierunt sompnum suum et nichil in
venerunt omnes viri diviciarum in
manibus suis. Ab increpacione tua
deus iacob dormitaverunt qui ascen
derunt equos. Tu terribilis es et
quis resistet tibi ex tunc ira tua
De celo auditum fecisti iudicium terra
tremuit et quievit. Cum exur
geret in iudicium deus ut salvos
faceret omnes mansuetos terre. Quoniam
cogitacio hominis confitebitur tibi
et reliquie cogitacionis diem
festum agent tibi. Vovete et red
dite domino deo vestro omnes qui in cir
cuitu eius affertis munera. Ter
ribili et ei qui aufert spiritum prin
cipum terribili apud reges terre. G
loria. ant. Et invocabimus nomen
tuum domine. ant. In tribulatione. ps.
Voce mea ad dominum clamavi
voce mea ad deum et inten
dit michi. In die tribulacionis
mee deum exquisivi manibus me
is nocte contra eum et non sum
deceptus. Renuit consolari anima
mea memor fui dei et delectatus
sum et exercitatus sum et defe
cit spiritus meus. Anticipaverunt

vigilias oculi mei turbatus sum
et non sum locutus. Cogitavi
dies antiquos et annos eternos
in mente habui. Et meditatus
sum nocte cum corde meo et ex
ercitabar et scopebam spiritum me
um. Numquid in eternum proiciet deus
et non apponet ut complacia
cior sit adhuc. Aut in finem mi
sericordiam suam abscidet a
generacione in generacionem. Aut ob
liviscetur misereri deus aut con
tinebit in ira sua misericordias suas
Et dixi nunc cepi hec mutacio
dextere excelsi. Memor fui operum
domini quia memor ero ab inicio
mirabilium tuorum. Et medita
bor in omnibus operibus tuis et in
adinventionibus tuis exercebor. Deus
in sancto via tua quis deus mag
nus sicut deus noster tu es deus qui
facis mirabilia. Notam fecisti
in populis virtutem tuam redemisti
in brachio tuo populum tuum filios
iacob et ioseph. Viderunt te
aque deus viderunt te aque et
timuerunt et turbate sunt abyssi
Multitudo sonitus aquarum
vocem dederunt nubes. Etenim
sagitte tue transierunt vox to
nitrui tui in rota. Illuxerunt
coruscaciones tue orbi terre
commota est et contremuit terra
In mari via tua et semite
tue in aquis multis et vesti

gia tua non cognoscentur. De
duxisti sicut oves populum tuum in ma
nu moysi et aaron. psalmus
Attendite popule meus legem me
am, inclinate aurem vestram
in verba oris mei. Aperiam in
parabolis os meum, loquar proposi
tiones ab initio. Quanta audi
vimus et cognovimus ea, et
patres nostri narraverunt nobis. Non
sunt occultata a filiis eorum, in ge
neratione altera. Narrantes
laudes domini et virtutes eius, et
mirabilia eius que fecit. Et
suscitavit testimonium in iacob
et legem posuit in israel. Quan
ta mandavit patribus nostris no
ta facere ea filiis suis, ut cogno
scat generatio altera. Filii qui
nascentur et exurgent, et nar
rabunt ea filiis suis. Et ponant
in deo spem suam et non obliviscan
tur operum dei, et mandata eius ex
quirant. Ne fiant sicut patres
eorum, generatio prava et exasperans.
Generatio que non direxit cor
suum, et non est creditus cum deo
spiritus eius. Filii effraim
intendentes et mittentes ar
cum, conversi sunt in die belli. Non
custodierunt testamentum dei
et in lege eius noluerunt
ambulare. Et obliti sunt
benefactorum eius, et mirabilium
eius que ostendit eis. Coram

patribus eorum fecit mirabilia in terra
egipti in campo taneos. Inter
rupit mare et perduxit eos, et
statuit aquas quasi in utre. Et
eduxit eos in nube diei, et tota
nocte in illuminatione ignis. In
terrupit petram in heremo et ad
aquavit eos, velut in abysso
multa. Et eduxit aquam de pe
tra, et deduxit tamquam flumina
aquas. Et apposuerunt adhuc
peccare ei, in iram concitaverunt ex
celsum in inaquoso. Et tempta
verunt deum in cordibus suis, ut pe
terent escas animabus suis. Et ma
le locuti sunt de deo, dixerunt numquid
poterit deus parare mensam in deser
to. Quoniam percussit petram et fluxe
runt aque, et torrentes in
undaverunt. Numquid et panem po
terit dare, aut parare mensam
populo suo. Ideo audivit dominus et
distulit, et ignis succensus
est in iacob, et ira dei ascendit
in israhel. Quia non crediderunt
in deo, nec speraverunt in salutari
eius. Et mandavit nubibus desuper
, et ianuas celi aperuit. Et pluit
illis manna ad manducan
dum, et panem celi dedit eis. Pa
nem angelorum manducavit homo
, et cibaria misit eis in habun
dantiam. Transtulit austrum
de celo, et induxit in virtute
sua africum. Et pluit super eos

sicut pulverem carnes, et sicut
harena maris volatilia penna
ta. Et ceciderunt in medio castro
rum eorum, circa tabernacula eorum. Et
manducaverunt et saturati sunt nimis
et desiderium eorum attulit eis, non sunt
fraudati a desiderio suo. Adhuc
esce eorum erant in ore ipsorum, et ira
dei ascendit super eos. Et occidit pingu
es eorum, et electos israel impedivit.
In omnibus his peccaverunt adhuc, et
non crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerunt in vanitate dies eorum
, et anni eorum cum festinatione. Cum
occideret eos querebant eum, et reverte
bantur, et diluculo veniebant ad
eum. Et rememorati sunt quia deus est ad
iutor eorum, et deus excelsus redemp
tor eorum est. Et dilexerunt eum in
ore suo, et lingua sua mentiti sunt
ei. Cor autem ipsorum non erat rectum cum
eo, nec fideles habiti sunt in testamen
to eius. Ipse autem est misericors et pro
picius fiet peccatis eorum, et non disper
det eos. Et habundavit ut aver
teret iram suam, et non accendet omnem
iram suam. Et recordatus est quia
caro sunt, spiritus vadens et non re
diens. Quotiens exacerbaverunt
eum in deserto, in ira concitaverunt
eum in inaquoso. Et conversi sunt
et temptaverunt deum, et sanctum israel
exacerbaverunt. Non sunt recor
dati manus eius, die qua rede
mit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in egypto signa
sua, et prodigia sua in campo
thaneos. Et convertit in sanguinem
flumina eorum, et ymbres eorum
ne biberent. Misit in eos cy
nomiam et comedit eos, et
ranam et disperdidit eos. Et
dedit erugine fructus eorum
, et labores eorum locuste. Et
occidit in grandine vineas
eorum, et moros eorum in pri
na. Et tradidit grandini iu
menta eorum, et possessionem eorum
igni. Misit in eos iram indig
nationis sue, indignationem
et iram et tribulationem, inmis
sionem per angelos malos. Viam
fecit ire semite sue, et non pe
percit a morte animabus eorum, et
iumenta eorum in morte conclu
sit. Et percussit omne primogeni
tum in terra egipti, primitias
omnis laboris eorum in taber
naculis cham. Et abstulit sicut
oves populum suum, et perduxit
eos tamquam gregem in deserto.
Et deduxit eos in spe et non
timuerunt, et inimicos eorum
operuit mare. Et induxit
eos in montem sanctificationis
sue, montem quem acquisivit
dextera eius. Et eiecit a facie eorum
gentes et sorte divisit eis
, terram in funiculo distributionis.
Et habitare fecit eos in tab

naculis eorum tribus israel. Et
temptaverunt et exacerbaverunt
deum excelsum: et testimonia eius
non custodierunt. Et averterunt
se et non servaverunt pactum: quemadmodum
patres eorum, conversi sunt
in arcum pravum. In ira concita-
verunt eum in collibus suis: et in
sculptilibus suis ad emulatio-
nem eum provocaverunt. Audi-
vit deus et sprevit: et ad ni-
chilum redegit valde israel. Et
repulit tabernaculum sylo:
tabernaculum suum ubi habita-
vit in hominibus. Et tradidit
in captivitatem virtutem eorum: et
pulchritudinem eorum in manus
inimici. Et conclusit in gla-
dio populum suum: et hereditatem
suam sprevit. Iuvenes eorum co-
medit ignis: et virgines eorum
non sunt lamentate. Sacerdotes
eorum in gladio ceciderunt: et
vidue eorum non plorabantur.
Et excitatus est tamquam dor-
miens dominus: tamquam potens
crapulatus a vino. Et percus-
sit inimicos suos in posteri-
ora eorum: obprobrium sempiter-
num dedit illis. Et repulit
tabernaculum ioseph: et tribum
effrem non elegit. Sed ele-
git tribum iuda: montem syon
quem dilexit. Et edificavit
sicut unicornium sanctificium suum
in terra quam fundavit in secula.
Et elegit david servum suum: et sus-
tulit eum de gregibus ovium: de
post fetantes accepit eum. Pasce-
re iacob servum suum: et israel heredi-
tatem suam. Et pavit eos in in-
nocentia cordis sui: et in intellec-
tibus manuum suarum deduxit eos.
Gloria patri. Ant. Inclinate aurem ves-
tram in verba oris mei. Asaph.
Deus venerunt gentes
in hereditatem tuam polluerunt
templum sanctum tuum: posuerunt
ierusalem in pomorum custodiam.
Posuerunt morticina servorum
tuorum escas volatilibus celi: car-
nes sanctorum tuorum bestiis terre. Effu-
derunt sanguinem eorum tamquam aquam
in circuitu ierusalem: et non erat qui
sepeliret. Facti sumus obprobrium
vicinis nostris: subsannatio et il-
lusio hiis qui in circuitu nostro
sunt. Usquequo domine irasceris in
finem: accendetur velud ignis
zelus tuus. Effunde iram tuam
in gentes que te non noverunt:
et in regna que nomen tuum
non invocaverunt. Quia come-
derunt iacob: et locum eius deso-
laverunt. Ne memineris ini-
quitatum nostrarum antiquarum: cito
anticipent nos misericordie tue: quia
pauperes facti sumus nimis. Ad

iuua nos deus salutaris noster et
propter gloriam nominis tui libera nos
et propicius esto peccatis nostris propter no
men tuum Ne forte dicant in gen
tibus ubi est deus eorum et inno
tescant in nacionibus coram ocul
is nostris Ulcio sanguinis seruorum tuorum
qui effusus est introeat in con
spectu tuo gemitus compeditorum
Secundum magnitudinem brachij
tui posside filios mortificatorum
Et redde vicinis nostris septuplum
in sinu eorum improperium ipsorum quod
exprobrauerunt tibi domine Nos autem
populus tuus et oues pascue tue
confitebimur tibi in seculum In generacio
ne et generacionem annunciabimus
Qui regis israhel laude tua
intende qui deducis velud ouem
ioseph Qui sedes super cherubin
manifestare coram effraim benia
min et manasse Excita pote
ciam et veni ut saluos facias
nos Deus conuerte nos et ostende
faciem tuam et salui erimus Domine
deus virtutum quousque irasceris super
oracionem serui tui Cibabis nos
pane lacrimarum et potum dabis
nobis in lacrimis in mensura
Posuisti nos in contradictionem
vicinis nostris et inimici nostri sub
sannauerunt nos Deus virtutum con
uerte nos et ostende faciem tuam
et salui erimus Uineam de egipto

transtulisti eiecisti gentes et
plantasti eam Dux itineris
fuisti in conspectu eius et plan
tasti radices eius et impleuit
terram Operuit montes umbra
eius et arbusta eius cedros dei
Extendit palmites suos usque
ad mare et usque ad flumen propa
gines eius Ut quid destruxisti
maceriam eius et vindemiant
eam omnes qui pretergrediuntur viam
Exterminauit eam aper de silua
et singularis ferus depastus
est eam Deus virtutum conuertere
respice de celo et vide et visita
vineam istam Et perfice eam quam
plantauit dextera tua et super
filium hominis quem confirmasti
tibi Incensa igni et suffossa
ab increpacione vultus tui pe
ribunt Fiat manus tua super
virum dextere tue et super filium ho
minis quem confirmasti tibi Et
non discedimus a te viuificabis
nos et nomen tuum inuocabimus
Domine deus virtutum conuerte
nos et ostende faciem tuam et
salui erimus Gloria Antiphona Propicius
esto peccatis nostris domine Versus Gaude
bunt labia mea cum cantauero tibi
Et anima mea quam redemisti Versus Antiphona
Laudes Domine deus virtutum conuerte nos
et ostende faciem tuam et salui
erimus Laudes Tibi soli peccaui

dne nre mei. ps. ante. an. Dne
refugium factus es nobis. ps.
Domine refugium factus es nobis
a generatione in generationem.
Priusquam montes fierent aut
formaretur terra et orbis: a seculo et
in seculum tu es deus. Ne avertas
hominem in humilitatem: et dix
isti convertimini filii hominum. Quoniam
mille anni ante oculos tuos
tamquam dies hesterna que preteriit.
Et custodia in nocte que pro ni
chilo habentur: eorum anni erunt.
Mane sicut herba transeat mane
floreat et transeat: vespere
decidat induret et arescat.
Quia defecimus in ira tua
et in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in
conspectu tuo: seculum nostrum in illumina
tione vultus tui. Quoniam omnes di
es nostri defecerunt: et in ira tua
defecimus. Anni nostri sicut a
ranea meditabuntur: dies
annorum nostrorum in ipsis septuagin
ta anni. Si autem in potentati
bus octoginta anni: et amplius
eorum labor et dolor. Quoniam super
venit mansuetudo: et corripie
mur. Quis novit potestatem
ire tue: et pre timore tuo iram
tuam dinumerare. Dexteram tuam
sic notam fac: et eruditos cor
de in sapientia. Convertere domine usque

et deprecabilis esto super servos tu
os. Repleti sumus mane miseri
cordia tua: exultavimus et delectati
sumus in omnibus diebus nostris. Le
tati sumus pro diebus quibus nos
humiliasti: annis quibus vidi
mus mala. Respice in servos
tuos et in opera tua: et dirige
filios eorum. Et sit splendor domini
dei nostri super nos: et opera manuum
nostrarum dirige super nos: et opus
manuum nostrarum dirige. Gloria. an.
In matutinis domine meditabor
in te. ps. Deus deus meus. an. In tem
Cantemus domino gloriose enim honori
ficatus est: equum et ascensorem
proiecit in mare. Fortitudo
mea et laus mea dominus: et factus
est michi in salutem. Iste deus
meus et glorificabo eum: deus patris
mei et exaltabo eum. Dominus quasi
vir pugnator omnipotens nomen
eius: currus pharaonis et exer
citum eius proiecit in mare. Electi
principes eius submersi sunt in mari
rubro: abyssi operuerunt eos:
descenderunt in profundum quasi
lapis. Dextera tua domine magni
ficata est in fortitudine: dex
tera tua domine percussit inimicum:
et in multitudine glorie tue de
posuisti adversarios meos. Mi
sisti iram tuam que devoravit
eos sicut stipulam: et in spiritu fu

roris tui congregate sunt aque. Stetit unda fluens, congregati sunt abyssi in medio maris. Dixit inimicus persequar et comprehendam, dividam spolia implebitur anima mea. Evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Flavit spiritus tuus et operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Quis similis tibi in fortibus domine, quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia. Extendisti manum tuam et devoravit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti. Et portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum. Ascenderunt populi et irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores philistiim. Tunc conturbati sunt principes edom, robustos moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores chanaan. Irruat super eos formido et pavor, in magnitudine brachii tui. Fiant immobiles quasi lapis donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti. Introduces eos et plantabis eos in monte hereditatis tue, firmissimo habitaculo tuo,

quod operatus es domine. Sanctuarium tuum domine quod firmaverunt manus tue, dominus regnabit in eternum et ultra. Ingressus est enim pharao cum curribus et equitibus eius in mare, et reduxit super eos dominus aquas maris. Filii autem israel ambulaverunt per siccum in medio eius. Gloria. Antiphona. In eternum et ultra dominus regnabit. Antiphona. In sanctis eius laudate deum. Psalmus. Laudate dominum. Capitulum. Fratres vigilate orate. Hymnus.

Lux ecce surgit aurea, pallens facessat cecitas, que nosmet in preceps diu errore traxit devio. Hec lux serenum conferat, purosque nos prestet sibi, nichil loquamur subdolum, volvamus obscurum nichil. Sic tota decurrat dies, ne lingua mendax ne manus oculive peccent lubrici, ne noxa corpus inquinet. Speculator astat desuper, qui nos diebus omnibus actusque nostros prospicit a luce prima in vesperum. Presta pater piissime. Versiculus. Repleti sumus mane. Ad Benedictus. Antiphona. In sanctitate serviamus domino et liberabit nos ab inimicis nostris. Collecta dominicalis. Suffragia. Feria sexta. Dominum qui fecit nos venite adoremus. Psalmus. Venite. Antiphona.



Trinitatis unitas orbem po
tenter qui regis attende laudum
cantica que excubantes psallimus
Nam lectulo consurgimus noctis
quieto tempore ut flagitemus vulneris
a te medelam omnium Quo fran
de quicquid demonum in noctibus
deliquimus abstergat illud celi
tus tue potestas glorie Ne corpus
assit sordidum nec torpor instet
cordium nec criminis contagio tepes
cat ardor spiritus Ob hoc redemptor
quesumus reple nos tuo lumine per quod di
erum circulis nullis ruamus actibus
Presta pater piissime An. Exultate
Exultate deo adiutori
nostro iubilate deo iacob
Sumite psalmum et da
te tympanum psalterium
iocundum cum cythara Buccinate
in neomenia tuba in insigni
die sollempnitatis vestre Quia
preceptum in israel est et iudicium
deo iacob Testimonium in io
seph posuit illud cum exiret
de terra egipti linguam quam no
noverat audivit Divertit ab
oneribus dorsum eius manus eius
in cophino servierunt In tri
bulacione invocasti me et
liberavi te et exaudivi te in
abscondito tempestatis proba
vi te apud aquam contradictio
nis Audi populus meus et contes

tabor te israel si audieris me non
erit in te deus recens neque adora
bis deum alienum Ego enim sum
dominus deus tuus qui eduxi te de
terra egipti dilata os tuum et im
plebo illud Et non audivit populus
meus vocem meam et israel non in
tendit mihi Et dimisi eos secundum de
sideria cordis eorum ibunt in ad
invencionibus suis Si populus meus
audisset me israel si in viis meis
ambulasset Pro nichilo forsitan
inimicos eorum humiliassem et
super tribulantes eos misissem
manum meam Inimici domini men
titi sunt ei et erit tempus eorum in
secula Et cibavit eos ex adipe
frumenti et de petra melle satu
Deus stetit in syna ravit eos
goga deorum in medio autem
deos diiudicat Usquequo iu
dicatis iniquitatem et facies pec
catorum sumitis Iudicate egeno
et pupillo humilem et pauperem
iustificate Eripite pauperem
et egenum de manu peccatoris
liberate Nescierunt neque intel
lexerunt in tenebris ambulant
movebuntur omnia fundamenta
terre Ego dixi dii estis et filii
excelsi omnes Vos autem sicut
homines moriemini et sicut
unus de principibus cadetis Sur
ge deus iudica terram quoniam tu

hereditaberis in omnibus gentibus. Gloria.
Ant. Exultate deo adiutori nostro. Ant. [illegible] plus
Deus quis similis erit tibi ne ta-
ceas neque compescaris deus. Quoni-
am ecce inimici tui sonuerunt et qui ode-
runt te extulerunt caput. Super popu-
lum tuum malignaverunt consilium et cogi-
taverunt adversus sanctos tuos. Dixerunt
venite disperdamus eos de gente et
non memoretur [nomen] israel ultra. Quoniam cogi-
taverunt unanimiter simul adversus
te testamentum disposuerunt
tabernacula ydumeorum et ismahe-
lite. Moab et agareni gebal
et amon et amalech alienigene
cum habitantibus tyrum. Etenim assur venit
cum illis facti sunt in adiutorium filiis
loth. Fac illis sicut madian et sy-
sare sicut iabin in torrente cyson.
Disperierunt in endor facti sunt ut
stercus terre. Pone principes eorum
sicut oreb et zeb et zebee et sal-
mana. Omnes principes eorum qui dixe-
runt hereditate possideamus sanctua-
rium dei. Deus meus pone illos
ut rotam et sicut stipulam ante
faciem venti. Sicut ignis qui
comburit silvam et sicut flamma co-
burens montes. Ita persequeris
illos in tempestate tua et in ira
tua turbabis eos. Imple facies
eorum ignominia et querent nomen
tuum domine. Erubescant et contur-
bentur in seculum seculi et confundantur

et pereant. Et cognoscant quia
nomen tibi dominus tu solus altis-
Quam dilec- simus super omnem terram.
ta tabernacula tua domine vir-
tutum concupiscit et deficit anima
mea in atria domini. Cor meum
et caro mea exultaverunt in deum
vivum. Etenim passer invenit
sibi domum et turtur nidum
ubi reponat pullos suos. Al-
taria tua domine virtutum rex meus
et deus meus. Beati qui habitant in
domo tua domine in secula seculorum
laudabunt te. Beatus vir cuius est au-
xilium abs te ascensiones in
corde suo disposuit in valle
lacrimarum in loco quem posuit. Et-
enim benedictiones dabit legis-
lator ibunt de virtute in vir-
tutem videbitur deus deorum in syon.
Domine deus virtutum exaudi orationem
meam auribus percipe deus iacob.
Protector noster aspice deus et re-
spice in faciem christi tui. Quia
melior est dies una in atriis
tuis super milia. Elegi abiec-
tus esse in domo dei mei ma-
gis quam habitare in tabernaculis
peccatorum. Quia misericordiam et veritatem
diligit deus gratiam et gloriam [dabit]
dominus. Non privabit bonis eos
qui ambulant in innocen-
tia domine virtutum beatus homo qui
sperat in te. Gloria patri. Ant. Cum

solus altissimus super omnem terram
Benedixisti dne An Audiuisti
terram tuam· auertisti captiuita
tem iacob Remisisti iniqui
tatem plebis tue· operuisti omnia
peccata eorum Mitigasti omnem iram
tuam· auertisti ab ira indigna
tionis tue Conuerte nos deus
salutaris noster· et auerte iram tuam
a nobis Numquid in eternum
irasceris nobis· aut extendes
iram tuam a generatione in generatio
ne Deus tu conuersus uiuifi
cabis nos· et plebs tua leta
bitur in te Ostende nobis dne
misericordiam tuam· et salutare tuum da
nobis Audiam quid loquatur
in me dns deus· quoniam loquetur
pacem in plebem suam Et super
sanctos suos· et in eos qui con
uertuntur ad cor Verumtamen
prope timentes eum salutare ipsius
ut inhabitet gloria in terra nostra
Misericordia et ueritas obuiauerunt
sibi· iusticia et pax osculate
sunt Veritas de terra orta est·
iusticia de celo prospexit Etenim
dns dabit benignitatem· et terra
nostra dabit fructum suum Iusti
cia ante eum ambulabit· et
ponet in uia gressus suos
Inclina dne aurem tuam et ex
audi me· quoniam inops et pau
per sum ego Custodi animam

meam quoniam sanctus sum· saluum fac seruum
tuum· deus meus sperantem in te Mise
rere mei dne quoniam ad te clamaui tota
die Letifica animam serui tui· quoniam ad te
dne animam meam leuaui Quoniam tu dns
suauis et mitis· et multe misericordie
omnibus inuocantibus te Auribus
percipe dne orationem meam· et inten
de uoci deprecationis mee In die
tribulationis mee clamaui ad
te· quia exaudisti me Non est simi
lis tui in dijs dne· et non est secundum
opera tua Omnes gentes quascumque
fecisti uenient et adorabunt co
ram te dne· et glorificabunt nomen
tuum Quoniam magnus es tu et faciens
mirabilia· tu es deus solus De
duc me dne in uia tua et ingred
iar in ueritate tua· letetur cor me
um et timeat nomen tuum Confi
tebor tibi dne deus meus in toto cor
de meo· et glorificabo nomen tuum
in eternum Quia misericordia tua mag
na est super me· et eruisti animam
meam ex inferno inferiori Deus
iniqui insurrexerunt super me
et synagoga potentium quesie
runt animam· et non proposuerunt te in con
spectu suo Et tu dne deus misera
tor et misericors· paciens et mul
te misericordie et uerax Respice in me
et miserere mei da imperium tuum pu
ero tuo· et saluum fac filium an
cille tue Fac mecum signum i

bono ut uideant qui oderunt me et
confundantur quoniam tu domine adiuuisti
me et consolatus es me. Gloria. Antiphona.
Benedixisti domine terram tuam. Antiphona. Fundamenta.
Fundamenta eius in montibus
sanctis diligit dominus portas syon
super omnia tabernacula iacob. Glorio-
sa dicta sunt de te ciuitas dei. Memor
ero raab et babilonis scientium
me. Ecce alienigene et tyrus
et populus ethyopum hii fuerunt illic.
Numquid syon dicet homo et homo
natus est in ea et ipse fundauit
eam altissimus. Dominus narrabit in
scripturis populorum et principum horum
qui fuerunt in ea. Sicut letan-
tium omnium habitatio est in te. Psalmus.
Domine deus salutis mee in die
clamaui et nocte coram te. In-
tret in conspectu tuo oratio mea in-
clina aurem tuam ad precem meam.
Quia repleta est malis anima me-
a et uita mea in inferno appro-
pinquabit. Estimatus sum cum descen-
dentibus in lacum factus sum sicut ho ✱
inter mortuos liber. Sicut uulne-
rati dormientes in sepulchris quorum
non es memor amplius et ipsi de
manu tua repulsi sunt. Posuerunt
me in lacu inferiori in tenebro-
sis et in umbra mortis. Super
me confirmatus est furor tuus et
omnes fluctus tuos induxisti
super me. Longe fecisti notos meos
✱ sine adiutorio ✱

a me posuerunt me abho-
minationem sibi. Traditus sum
et non egrediebar oculi mei
languerunt pre inopia. Cla-
maui ad te domine tota die ex-
pandi ad te manus meas.
Numquid mortuis facies mi-
rabilia aut medici suscita-
bunt et confitebuntur tibi. Num-
quid narrabit aliquis in se-
pulchro misericordiam tuam et uerita-
tem tuam in perditione. Numquid
cognoscentur in tenebris mi-
rabilia tua et iustitia tua in
terra obliuionis. Et ego ad te
domine clamaui et mane oratio
mea preueniet te. Ut quid domine
repellis orationem meam auertis
faciem tuam a me. Pauper sum
ego et in laboribus a iuuentu-
te mea exaltatus autem humi-
liatus sum et conturbatus. In
me transierunt ire tue et ter-
rores tui conturbauerunt me.
Circumdederunt me sicut aqua
tota die circumdederunt me
simul. Elongasti a me ami-
cum et proximum et notos meos
a miseria. Gloria. Antiphona. Fundamenta
eius in montibus sanctis. [illegible]
Misericordias domini in eternum
cantabo. In generatione et
generationem annunciabo uerita-
tem tuam in ore meo. Quoniam dixisti

in eternum misericordia edificabitur in celis
preparabitur veritas tua in eis
Disposui testamentum electis meis
iuravi david servo meo usque in
eternum preparabo semen tuum Et
edificabo in generatione et ge-
neratione sedem tuam Confi-
tebuntur celi mirabilia tua
domine, et etenim veritatem tuam in
ecclesia sanctorum Quoniam quis in nubi-
bus equabitur domino, similis erit deo
in filiis dei Deus qui glorificatur
in consilio sanctorum, magnus et ter-
ribilis super omnes qui in circuitu
eius sunt Domine deus virtutum quis si-
milis tibi, potens es domine et
veritas tua in circuitu tuo
Tu dominaris potestati maris
motum autem fluctuum eius tu mi-
tigas Tu humiliasti sicut vul-
neratum superbum in brachio vir-
tutis tue dispersisti inimicos
tuos Tui sunt celi et tua est
terra orbem terre et plenitudi-
nem eius tu fundasti aquilonem
et mare tu creasti Thabor et
hermon in nomine tuo exulta-
bunt tuum brachium cum poten-
tia Firmetur manus tua et
exaltetur dextera tua iusticia et
iudicium preparatio sedis tue Misericordia
et veritas precedent faciem
tuam. Beatus populus qui scit iubi-
lationem Domine in lumine vultus

tui ambulabunt et in nomine tuo ex-
ultabunt tota die, et in iusticia
tua exaltabuntur Quoniam gloria virtutis
eorum tu es et in beneplacito tuo ex-
altabitur cornu nostrum Quia domini
est assumptio nostra, et sancti israel regis
nostri Tunc locutus es in visione
sanctis tuis et dixisti posui adiuto-
rium in potente, et exaltavi electum
de plebe mea Inveni david ser-
vum meum, oleo sancto meo unxi eum
Manus enim mea auxiliabitur
ei, et brachium meum confortabit
eum Nichil proficiet inimicus in eo
et filius iniquitatis non appo-
net nocere ei Et concidam a facie
ipsius inimicos eius, et odientes eum
in fugam convertam Et veritas me-
a et misericordia mea cum ipso et in nomine
meo exaltabitur cornu eius Et po-
nam in mari manum eius et in flu-
minibus dexteram eius Ipse invocabit
me pater meus es tu, deus meus et suscep-
tor salutis mee Et ego primo-
genitum ponam illum excelsum pre
regibus terre In eternum servabo illi
misericordiam meam. et testamentum meum
fidele ipsi Et ponam in seculum seculi
semen eius et thronum eius sicut
dies celi Si autem dereliquerint
filii eius legem meam. et in iu-
diciis meis non ambulaverint
Si iusticias meas prophanave-
rint, et mandata mea non custo-

fuerint. Visitabo in virga iniqui
tates eorum et in verberibus peccata eorum. Mi
sericordiam autem meam non dispergam
ab eo neque nocebo ei in veritate
mea. Neque prophanabo testamentum me
um et que procedunt de labiis meis
non faciam irrita. Semel iuravi
in sancto meo si david mentiar semen
eius in eternum manebit. Et thronus
eius sicut sol in conspectu meo et
sicut luna perfecta in eternum et testis
in celo fidelis. Tu vero repulisti
et despexisti distulisti christum tuum.
Avertisti testamentum servi tui prophanasti
in terra sanctuarium eius. Destruxisti omnes
sepes eius posuisti firmamentum eius
formidinem. Diripuerunt eum omnes
transeuntes viam factus est obprobrium
vicinis suis. Exaltasti dexteram
deprimentium eum letificasti omnes
inimicos eius. Avertisti adiutori
um gladii eius et non es auxili
atus ei in bello. Destruxisti eum
ab emundatione et sedem eius in
terra collisisti. Minorasti dies
temporis eius perfudisti eum confu
sione. Usquequo domine avertis in finem
exardescet velud ignis ira tua.
Memorare que mea substantia numquid
enim vane constituisti omnes fi
lios hominum. Quis est homo qui vi
vet et non videbit mortem eruet
animam suam de manu inferi.
Ubi sunt misericordie tue antique domine sicut

iurasti david in veritate tua.
Memor esto domine obprobrii servo
rum tuorum quod continui in sinu
meo multarum gentium. Quod
exprobraverunt inimici tui domine
quod exprobraverunt commutatio
nem christi tui. Benedictus dominus
in eternum fiat fiat. ps. i. comple.
Qui habitat in adiutorio al
tissimi in protectione dei
celi commorabitur. Dicet domino
susceptor meus es tu et re
fugium meum deus meus spe
rabo in eum. Quoniam ipse libera
vit me de laqueo venantium
et a verbo aspero. Scapulis
suis obumbrabit tibi et sub
pennis eius sperabis. Scuto
circumdabit te veritas eius non
timebis a timore nocturno. A
sagitta volante in die a ne
gocio perambulante in tene
bris ab incursu et demonio
meridiano. Cadent a latere
tuo mille et decem milia
a dextris tuis ad te autem non
appropinquabit. Verumtamen
oculis tuis considerabis et
retributionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es domine spes mea al
tissimum posuisti refugium
tuum. Non accedat ad te ma
lum et flagellum non appropinqua
bit tabernaculo tuo. Quoniam angelis

tis suis mandavit de te, ut custo
diant te in omnibus viis tuis. In
manibus portabunt te ne forte
offendas ad lapidem pedem
tuum. Super aspidem et basilis
cum ambulabis, et conculcabis
leonem et draconem. Quoniam in me
speravit liberabo eum, protegam
eum quia cognovit nomen meum.
Clamabit ad me et ego
exaudiam eum, cum ipso sum in
tribulacione, eripiam eum et
glorificabo eum. Longitudine
dierum replebo eum, et ostendam
illi salutare meum. Feria iiii nocturno

Deus ultionum dominus, deus ultio
num libere egit. Exaltare qui
iudicas terram, redde retribucionem
superbis. Usquequo peccatores domine
usquequo peccatores gloriabuntur.
Effabuntur et loquentur iniqui
tatem, loquentur omnes qui ope
rantur iniusticiam. Populum
tuum domine humiliaverunt, et here
ditatem tuam vexaverunt. Vidu
am et advenam interfecerunt
et pupillos occiderunt. Et
dixerunt non videbit dominus, nec
intelliget deus iacob. Intelli
gite insipientes in populo, et
stulti aliquando sapite. Qui pla
tavit aurem non audiet, aut
qui finxit oculum non consi
derat. Qui corripit gentes
non arguet, qui docet hominem
sciencia. Dominus scit cogitaciones
hominum quoniam vane sunt. Beatus homo
quem tu erudieris domine, et de lege
tua docueris eum. Ut mitiges ei
a diebus malis, donec fodiatur pec
catori fovea. Quia non repellet
dominus plebem suam, et hereditatem
suam non derelinquet. Quoadusque
iusticia convertatur in iudicium, et
qui iuxta illam omnes qui recto sunt
corde. Quis consurget mihi ad
versus malignantes, aut quis
stabit mecum adversus operantes
iniquitatem. Nisi quia dominus adiu
vit me, paulominus habitasset
in inferno anima mea. Si dicebam mo
tus est pes meus, misericordia tua domine ad
iuvabit me. Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo, conso
lationes tue letificaverunt animam
meam. Numquid adheret tibi sedes
iniquitatis, qui fingis laborem in
precepto. Captabunt in animam iusti
et sanguinem innocentem condemp
nabunt. Et factus est mihi dominus in re
fugium, et deus meus in adiutorium
spei mee. Et reddet illis iniqui
tatem ipsorum et in malicia eorum dis
perdet illos, disperdet eos dominus deus
noster. Gloria patri. Ant. [illegible] domino

Venite exultemus [illegible] ps.
domino, iubilemus deo salutari
nostro. Preoccupemus faciem eius
in confessione, et in psalmis iu
bilemus ei. Quoniam deus magnus

dominus et rex magnus super omnes deos
Quia in manu eius sunt omnes fines ter
re. et altitudines montium ipsius sunt
Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud
et siccam manus eius formaverunt
Venite adoremus et procidamus et plo
remus ante dominum qui fecit nos quia
ipse est dominus deus noster Et nos populus pas
cue eius et oves manus eius. Hodie
si vocem eius audieritis nolite ob
durare corda vestra Sicut in irrita
tione secundum diem temptationis in
deserto Ubi temptaverunt me patres
vestri probaverunt et viderunt opera mea
Quadraginta annis offensus fui
generationi illi et dixi semper hii errant
corde Et isti non cognoverunt vias
meas ut iuravi in ira mea si in
troibunt in requiem meam. Ant. Cantate
Cantate domino canticum novum can
tate domino omnis terra Cantate domino
et benedicite nomini eius annunciate de
die in diem salutare eius Annunciate
te inter gentes gloriam eius in omnibus
populis mirabilia eius Quoniam magnus
dominus et laudabilis nimis terribilis
est super omnes deos Quoniam omnes dii gen
tium demonia dominus autem celos fecit
Confessio et pulchritudo in conspec
tu eius sanctimonia et magnifi
centia in sanctificatione eius Afferte
domino patrie gentium afferte domino glo
riam et honorem afferte domino glo
riam nomini eius Tollite hostias
et introite in atria eius adorate

dominum in atrio sancto eius Commo
veatur a facie eius universa ter
ra dicite in gentibus quia dominus
regnavit Etenim correxit
orbem terre qui non commove
bitur iudicabit populos in equi
tate Letentur celi et exultet
terra commoveatur mare et pleni
tudo eius gaudebunt campi et
omnia que in eis sunt Tunc exul
tabunt omnia ligna silvarum a
facie domini quia venit quoniam venit
iudicare terram Iudicabit orbem
terre in equitate et populos in veri
Dominus regnavit tate sua Ps.
exultet terra letentur insu
le multe Nubes et caligo in circu
itu eius iustitia et iudicium
correctio sedis eius Ignis ante
ipsum precedet et inflammabit
in circuitu inimicos eius Il
luxerunt fulgura eius orbi terre
vidit et commota est terra Mon
tes sicut cera fluxerunt a fa
cie domini a facie domini omnis terra
Annunciaverunt celi iustitiam
eius et viderunt omnes populi glo
riam eius Confundantur omnes
qui adorant sculptilia et qui
gloriantur in simulacris suis Ado
rate eum omnes angeli eius Au
divit et letata est Syon Et
exultaverunt filie Iude propter iu
dicia tua domine Quoniam tu dominus al
tissimus super omnem terram nimis

exaltatus es super omnes deos. Qui
diligitis dominum odite malum cus
todit dominus animas sanctorum suorum de
manu peccatoris liberabit eos. L
ux orta est iusto et rectis cor
de leticia. Letamini iusti in domino
et confitemini memorie sancti
ficationis eius. Gloria. Antiphona Cantate
domino et benedicite nomen eius. V.
Beatus homo quem tu erudieris domine et
de lege tua docueris eum. V. ante
laudes Deus tu conversus vivificabis
nos et plebs tua letabitur in te.
laudes et Spiritu principali confir
ma me. Ps. Miserere mei deus. Antiphona Inde
Domine exaudi orationem ritate
meam auribus percipe obsecrationem
meam in veritate tua exaudi
me in tua iustitia. Et non intres in
iudicium cum servo tuo quia non iustifi
cabitur in conspectu tuo omnis vi
vens. Quia persecutus est inimi
cus animam meam humiliavit in terra
vitam meam. Collocavit me in ob
scuris sicut mortuos seculi et anx
iatus est in me spiritus meus
in me turbatum est cor meum. M
emor fui dierum antiquorum me
ditatus sum in omnibus operibus tu
is in factis manuum tuarum me
ditabor. Expandi manus me
as ad te anima mea sicut terra
sine aqua tibi. Velociter exau
di me domine quia defecit spiritus
meus. Non avertas faciem tuam

tuam et similis ero descendenti
bus in lacum. Auditam fac michi
mane misericordiam tuam quia in te spe
ravi. Notam fac michi viam in qua
ambulem quia ad te levavi animam
meam. Eripe me de inimicis me
is domine ad te confugi doce me
facere voluntatem tuam quia deus meus
es tu. Spiritus tuus bonus deducet me
in terram rectam propter nomen tuum domine
vivificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam me
am et in misericordia tua disperdes ini
micos meos. Et perdes omnes qui
tribulant animam meam quoniam ego
servus tuus sum. Gloria. Antiphona In veri
tate tua exaudi me domine. Antiphona
Illumina domine vultum tuum super nos.
Ps. Deus deus meus. Antiphona Domine audivi
Domine audivi auditum tuum et ti
mui. Domine opus tuum in medio
annorum vivifica illud. In me
dio annorum notum facies cum ira
tus fueris misericordie recordaberis.
Deus ab austro veniet et sanctus
de monte pharan. Operuit celos
gloria eius et laudis eius plena
est terra. Splendor eius ut lux
erit cornua in manibus eius. I
bi abscondita est fortitudo eius
ante faciem eius ibit mors. Egre
dietur dyabolus ante pedes
eius stetit et mensus est terram. As
pexit et dissolvit gentes et con
triti sunt montes seculi. Incur

nati sunt colles mundi ab itineribus
eternitatis ei⁹ Pro iniquitate vidi
tentoria ethiopie turbabuntur pel
les terre madian Numquid in flu
minibus iratus es dñe aut in fluminibus
furor tuus. vel in mari indigna
cio tua Qui ascendes super equos
tuos, et quadrige tue salvacio S
uscitans suscitabis arcum tuum, iu
ramenta tribubus que locutus es.
Fluvios scindes terre viderunt te aque
et doluerunt, montes gurges a
quarum transiit Dedit abissus vocem
suam. altitudo manus suas levabit
Sol et luna steterunt in habitaculo
suo in luce sagittarum tuarum ibunt
in splendore fulguratis haste tue In fre
mitu conculcabis terram, in furore tuo ob
stupefacies gentes Egressus
es in salutem populi tui, in salutem
cum christo tuo Percussisti caput de
domo impii, denudasti funda
mentum usque ad collum Maledixisti
sceptris ei⁹ capiti bellatorum ei⁹
venientibus ut turbo ad disper
gendum me Exultacio eorum sicut
ei⁹ qui devorat pauperem in
abscondito Viam fecisti in ma
ri equis tuis in luto aquarum
multarum Audivi et conturbatus
est venter meus, a voce contre
muerunt labia mea Ingredi
atur putredo in ossibus meis et
subter me scateat Ut requies
cam in die tribulacionis ut

ascendam ad populum accinctum
nostrum Ficus enim non florebit
et non erit germen in vineis Men
cietur opus olive, et arva non
afferent cibum Abscidetur de
ovili pecus, et non erit arme
ntum in presepibus Ego autem in
dño gaudebo, et exultabo
in deo ihesu meo Deus dñs
fortitudo mea et ponet pedes
meos tamquam cervorum Et super
excelsa mea deducet me vic
tor in psalmis canentem An
Dñe audivi auditum tuum et ti
mui An In tympano et choro
in cordis et organo lauda
te dominum ps Laudate dominum de celis
Fratres vigilate orate et sta cap
te in fide R⁹ fra feria ympn⁹
Eterna celi gloria beata spes mor
talium celsi tonantis uni
ce casteque proles virginis Da
dexteram surgentibus, exurgat
et mens sobria, flagrans que
in laude dei gratias repen
dat debitas Ortus refulget
lucifer, sparsamque lucem nun
ciat cadat caligo, noctium lux
sancta nos illuminet Manensque
nostris sensibus, noctem repellat
seculi, omnique fine diei purgata
servet pectora Quesita iam
primum fides radicet altius cor
dibus secunda spes congaudeat
qua maior extat caritas.

Prapater mt g a repleti sumus
mane misericordia exultabimus An
absolute per viscera misericordie dei nostri
quibus visitavit nos oriens ex
alto ps Benedictus coll dnical suf
fragia marcia sabbo Invi
tatum deum nostrum venite adoremus
Somme deus clemens ps Venite ymnus
Sie undique factor machine
unus potentialiter trinusque persona
liter Nostros pius cum canticis
fletus benigne suscipe quo corde
puro sordibus te perfruamur largius
Lumbos iecurque morbidum ad
ure igne congruo accincti ut sint
perpetim luxu remoto pessimo
Ut quique horas noctium nunc con
cinendo rumpimus donis beate pa
trie ditemur omnes affatim Presta pater
Cantate domino An Cantica mirabilia
domino canticum novum quia
mirabilia fecit Salvavit
sibi dextera eius et brachium
sanctum eius Notum fecit dominus sa
lutare suum in conspectu gentium
revelavit iusticiam suam Recor
datus est misericordie sue et verita
tis sue domui israel Viderunt
omnes termini terre salutare dei nostri
Iubilate deo omnis terra canta
te et exultate et psallite Psal
lite domino in cythara in cythara
et voce psalmi in tubis ducti
libus et voce tube cornee Iubi
late in conspectu regis domini mo

Iudicabit orbem terrarum in iusticia
et populos in equitate

Commo
veatur mare et plenitudo eius orbis
terrarum et qui habitant in eo Flumina
plaudent manu simul montes ex
ultabunt a conspectu domini quia venit
quoniam venit iudicare terram ps Dominus
Dominus regnavit irascantur populi qui
sedes super cherubim moveatur
terra Dominus in syon magnus et ex
celsus super omnes populos Confiteantur
nomini tuo magno quoniam terribile
sanctum est et honor regis iudicium di
ligit Tu parasti directiones iudicium
et iusticiam in iacob tu fecisti Ex
altate dominum deum nostrum et adorate
scabellum pedum eius quoniam sanctum est Mo
yses et aaron in sacerdotibus eius et sa
muel inter eos qui invocant no
men eius Invocabant dominum et ipse
exaudiebat eos in columpna nubis
loquebatur ad eos Custodiebant tes
timonia eius et preceptum quod dedit
illis Domine deus noster tu exaudie
bas eos deus tu propicius fuisti
eis et ulciscens in omnes adin
ventiones eorum Exaltate dominum
deum nostrum et adorate in monte sancto
eius quoniam sanctus dominus deus noster Gloria
Ab Omnia mirabilia fecit dominus An
Iubilate deo omnis terra Iubilate
servite domino in leticia Introite in
conspectu eius in exultatione Sci
tote quoniam dominus ipse est deus ipse
fecit nos et non ipsi nos Populus
eius et oves pascue eius in
troite portas eius in confessione

atria eius in ymnis confitemini illi Laudate nomen eius
quoniam suavis est dominus in eternum misericordia eius et usque in generacionem
et generacionem veritas eius Psalmus david
Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine Psallam
et intelligam in via immaculata quando venies ad me
Perambulabam in innocencia cordis mei in me
dio domus mee Non proponebam ante oculos me
os rem iniustam facientes prevaricaciones odivi
Non adhesit michi cor pravum declinantem a me mali
gnum non cognoscebam Detrahentem secreto
proximo suo hunc persequebar Superbo oculo et insa
ciabili corde cum hoc non edebam Oculi mei ad
fideles terre ut sedeant mecum ambulans in via
immaculata hic michi ministrabat Non habitabit in me
dio domus mee qui facit superbiam qui loquitur
iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum In
matutino interficiebam omnes peccatores terre ut dis
perderem de civitate domini omnes operantes iniquitatem
Gloria patri Antiphona Iubilate deo omnis terra Antiphona Clamor meus
Domine exaudi oracionem meam et clamor meus ad
te veniat Non avertas faciem tuam a me in
quacumque die tribulor inclina ad me aurem
tuam In quacumque die invocavero te velociter ex
audi me Quia defecerunt sicut fumus dies mei
et ossa mea sicut cremium aruerunt Percussus sum
ut fenum et aruit cor meum quia oblitus sum comede
re panem meum A voce gemitus mei adhesit os
meum carni mee Similis factus sum pellicano
solitudinis factus sum sicut nicticorax in domicilio
Vigilavi et factus sum sicut passer solitarius in
tecto Tota die exprobrabant michi inimici mei
et qui laudabant me adversum me iurabant Quia
cinerem tamquam panem manducabam et potum meum
cum fletu miscebam A facie ire indignacionis tue
quia elevans allisisti me Dies mei sicut umbra

declinauit et ego sicut fenum arui. Tu autem domine in
eternum permanes et memoriale tuum in generatione et
generationem. Tu exurgens misereberis syon quia
tempus miserendi eius quia uenit tempus. Quoniam placu-
erunt seruis tuis lapides eius et terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges
terre gloriam tuam. Quia edificauit dominus syon et uide-
bitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium et
non spreuit precem eorum. Scribantur hec in generatione
altera et populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo dominus de celo in
terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditorum
ut solueret filios interemptorum. Ut annuncient in
syon nomen domini et laudem eius in ierusalem. In con-
ueniendo populos in unum et reges ut seruiant domino.
Respondit ei in uia uirtutis sue paucitatem dierum
meorum nuncia michi. Ne reuoces me in dimidio dierum
meorum in generatione et generationem anni tui.
Initio tu domine terram fundasti et opera manuum tu-
arum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes et omnes
sicut uestimentum ueterascent. Et sicut opertorium
mutabis eos et mutabuntur tu autem idem
ipse es et anni tui non deficient. Filii seruorum tu-
orum habitabunt et semen eorum in seculum dirigetur.
Benedic anima mea domino et omnia que intra me
sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino et
noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propiciatur
omnibus iniquitatibus tuis qui sanat omnes infirmi-
tates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam
qui coronat te in misericordia et miserationibus. Qui re-
plet in bonis desiderium tuum renouabitur ut aquile
iuuentus tua. Faciens misericordias dominus et iudicium
omnibus iniuriam patientibus. Notas fecit uias
suas moysi filiis israel uoluntates suas. Miserator
et misericors dominus longanimis et multum miseri-
cors.

Non in perpetuum irascetur neque
in eternum comminabitur. Non secundum
peccata nostra fecit nobis neque secundum
iniquitates nostras retribuet nobis
Quoniam secundum altitudinem celi a terra
corroboravit misericordiam suam super time-
ntes se. Quantum distat ortus ab oc-
cidente longe fecit a nobis iniqui-
tates nostras. Quomodo miseretur pater
filiorum misertus est dominus timenti-
bus se quoniam ipse cognovit figmen-
tum nostrum. Recordatus est quoniam
pulvis sumus homo sicut fenum dies
eius tanquam flos agri sic efflorebit
Quoniam spiritus pertransibit in illo et non
subsistet et non cognoscet am-
plius locum suum. Misericordia autem domini
ab eterno et usque in eternum super time-
ntes eum. Et iustitia illius in filios
filiorum his qui servant testamentum
eius. Et memores sunt mandatorum ipsius
ad faciendum ea. Dominus in celo paravit
sedem suam et regnum ipsius omnibus
dominabitur. Benedicite domino omnes ange-
li eius potentes virtute facientes verbum
illius ad audiendam vocem sermonum
eius. Benedicite domino omnes virtutes eius mini-
stri eius qui facitis voluntatem eius
Benedicite domino omnia opera eius in omni
loco dominationis eius benedic anima me-
a domino. Gloria. Ant. Clamor meus ad te
veniat deus. Ant. Benedic. ps. David
Benedic anima mea domino domine de-
us meus magnificatus es vehementer.

Confessionem et decorem in-
duisti amictus lumine sicut vesti-
mento. Extendens celum sicut
pellem qui tegis aquis superi-
ora eius. Qui ponis nubem ascen-
sum tuum qui ambulas super pennas
ventorum. Qui facis angelos tuos
spiritus et ministros tuos ignem urentem.
Qui fundasti terram super stabilitatem
suam non inclinabitur in seculum seculi.
Abyssus sicut vestimentum amictus
eius super montes stabunt aque. Ab
increpatione tua fugient a vo-
ce tonitrui tui formidabunt. Ascen-
dunt montes et descendunt campi
in locum quem fundasti eis. Termi-
num posuisti quem non transgredien-
tur neque convertentur operire terram. Qui
emittis fontes in convallibus
inter medium montium pertransibunt
aque. Potabunt omnes bestie agri
expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabunt
de medio petrarum dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis
de fructu operum tuorum saciabitur
terra. Producens fenum iumentis
et herbam servituti hominum. Ut edu-
cas panem de terra et vinum letifi-
cet cor hominis. Ut exhilaret
faciem in oleo et panis cor
hominis confirmet. Saturabuntur
ligna campi et cedri libani
quas plantavit illic passeres nidi-

ficabunt. Herodii domus dux
est eorum, montes excelsi cervis
petra refugium herinaciis. Fe-
cit lunam in tempore, sol cognovit
occasum suum. Posuisti tenebras
et facta est nox, in ipsa pertransibunt
omnes bestie silve. Catuli leo-
num rugientes ut rapiant, et
querant a deo escam sibi. Ortus
est sol et congregati sunt, et in
cubilibus suis collocabuntur. Ex-
ibit homo ad opus suum, et ad
operationem suam usque ad vesperam.
Quam magnificata sunt opera tua
domine, omnia in sapientia fecisti, imple-
ta est terra possessione tua.
Hoc mare magnum et spaciosum
manibus, illic reptilia quorum
non est numerus. Animalia pusilla
cum magnis, illic naves pertran-
sibunt. Draco iste quem formasti
ad illudendum ei, omnia a te expectant
ut des illis escam in tempore.
Dante te illis colligent, ape-
riente te manum tuam, omnia imple-
buntur bonitate. Avertente autem
te faciem turbabuntur, auferes
spiritum eorum et deficient, et in pulverem
suum revertentur. Emitte
spiritum tuum et creabuntur, et reno-
vabis faciem terre. Sit gloria
domini in seculum, letabitur dominus in
operibus suis. Qui respicit terram
et facit eam tremere, qui tangit

montes et fumigant. Cantabo
domino in vita mea, psallam deo
meo quamdiu sum. Iocundum
sit ei eloquium meum, ego vero
delectabor in domino. Deficiant
peccatores a terra et iniqui ita ut
non sint, benedic anima mea domino. ps
Confitemini domino et invocate
nomen eius, annunciate inter
gentes opera eius. Cantate ei
et psallite ei, narrate omnia mi-
rabilia eius. Laudamini in nomine
sancto eius, letetur cor querentium dominum.
Querite dominum et confirmamini, que-
rite faciem eius semper. Mementote
mirabilium eius que fecit, prodigia
eius et iudicia oris eius. Semen
abraham servi eius, filii iacob
electi eius. Ipse dominus deus noster, in universa
terra iudicia eius. Memor fuit
in seculum testamenti sui, verbi quod manda-
vit in mille generationes. Quod
disposuit ad abraham, et iura-
menti sui ad ysaac. Et statuit il-
lud iacob in preceptum, et israel in
testamentum eternum. Dicens tibi
dabo terram chanaan, funiculum
hereditatis vestre. Cum essent numero
brevi, paucissimi et incole eius.
Et pertransierunt de gente in gen-
tem, et de regno ad populum alte-
rum. Non reliquit hominem no-
cere eis, et corripuit pro eis reges.
Nolite tangere christos meos, et in

phetis meis nolite malignari Et
vocavit famem super terram et omne fir-
mamentum panis contrivit Misit ante eos
virum in servum venundatus est ioseph
Humiliaverunt in compedibus pedes eius
ferrum pertransiit animam eius donec veniret
verbum eius Eloquium domini inflamma-
vit eum misit rex et solvit eum prin-
ceps populorum et dimisit eum Consti-
tuit eum dominum domus sue et principem
omnis possessionis sue Ut erudi-
ret principes eius sicut semetipsum
et senes eius prudentiam doceret Et
intravit israel in egiptum et iacob
accola fuit in terra cham Et aux-
it populum suum vehementer et fir-
mavit eum super inimicos eius Et
convertit cor eorum ut odirent populum
eius et dolum facerent in servos eius
Misit moysen servum suum aaron quem
elegit ipsum Posuit in eis verba sig-
norum suorum et prodigiorum in terra cham
Misit tenebras et obscuravit
et non exacerbavit sermones su-
os Convertit aquas eorum in sanguinem
et occidit pisces eorum Et dedit ter-
ra eorum ranas in penetralibus
regum ipsorum Dixit et venit cinomi-
a et ciniphes in omnibus finibus
eorum Posuit pluvias eorum grandi-
nem ignem comburentem in terra ipsorum
Et percussit vineas eorum et ficul-
neas eorum et contrivit lignum fi-
nium eorum Dixit et venit locusta et
bruchus cuius non erat numerus Et co-
medit omne fenum in terra eorum
et comedit omnem fructum terre eorum
Et percussit omne primogenitum in
terra eorum primicias omnis labo-
ris eorum Et eduxit eos cum ar-
gento et auro et non erat in tri-
bubus eorum infirmus Letata est
egiptus in profectione eorum quia
incubuit timor eorum super eos
Expandit nubem in protectionem
eorum et ignem ut luceret eis per
noctem Petierunt et venit coturn-
ix et pane celi saturavit eos
Dirupit petram et fluxerunt aque
abierunt in sicco flumina Quoniam me-
mor fuit verbi sancti sui quod habuit ad
abraham puerum suum Et eduxit
populum suum in exultatione et e-
lectos suos in leticia Et dedit il-
lis regiones gentium et labo-
res populorum possederunt Ut custo-
diant iustificationes eius et le-
gem eius requirant Gloria Ant. Bene-
dic anima mea domino Ant. Visita nos

Confitemini domino quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius Quis
loquetur potencias domini auditas
faciet omnes laudes eius Beati qui
custodiunt iudicium et faciunt
iusticiam in omni tempore Memento
nostri domine in beneplacito populi tui
visita nos in salutari tuo
Ad videndum in bonitate electorum

tuorum ad letandum in leticia gen
tis tue. ut lauderis cum hereditate
te tua. Peccavimus cum patribus nostris. in
iuste egimus iniquitatem fecimus.
Patres nostri in egypto non intel
lexerunt mirabilia tua. non fue
runt memores multitudinis misericordie tue.
Et irritaverunt ascendentes in
mare rubrum. Et salvavit eos
propter nomen suum. ut notam faceret
potenciam suam. Et increpavit
mare rubrum et exsiccatum est.
et deduxit eos in abissis sicut
in deserto. Et salvavit eos de
manu odiencium. et redemit
eos de manu inimici. Et operuit
aqua tribulantes eos unus
ex eis non remansit. Et credide
runt verbis eius. et laudaverunt
laudem eius. Cito fecerunt obliti
sunt operum eius. non sustinuerunt con
silium eius. Et concupierunt con
cupiscencias in deserto. et temptaverunt
deum in aquoso. Et dedit eis pe
ticionem ipsorum. et misit saturitatem
in animas eorum. Et irritaverunt moy
sen in castris aaron sanctum domini. Aperta
est terra et deglutivit dathan et o
peruit super congregacionem abiron. Et
exarsit ignis in synagoga eorum
flamma combussit peccatores. Et fece
runt vitulum in oreb. et adorave
runt sculptile. Et mutaverunt glo
riam suam in similitudinem vituli

comedentis fenum. Obliti sunt deum qui
salvavit eos qui fecit magnalia
in egypto mirabilia in terra cham
terribilia in mari rubro. Et dixit
ut disperderet eos. si non moyses
electus eius stetisset in confractione
in conspectu eius. Ut averteret iram eius
ne disperderet eos. et pro nichilo habue
runt terram desiderabilem. Non crediderunt
verbo eius et murmuraverunt in tabernaculis
suis. et non exaudierunt vocem domini.
Et elevavit manum suam super eos ut
prosterneret eos in deserto. Et ut deiceret
semen eorum in nacionibus. et dispergeret
eos in regionibus. Et initiati sunt
beelphegor. et comederunt sacrifi
cia mortuorum. Et irritaverunt eum in
adinvencionibus suis. et multiplicata
est in eis ruina. Et stetit finees et
placavit. et cessavit quassacio.
Et reputatum est ei ad iusticiam. in
generacione et generacionem usque in
sempiternum. Et irritaverunt eum ad
aquas contradiccionis et vexatus
est moyses propter eos. quia exacerba
verunt spiritum eius. Et distinxit in la
biis suis. non disperdiderunt gentes
quas dixit dominus illis. Et commixti
sunt inter gentes et didicerunt opera eorum
et servierunt sculptilibus eorum. et factum
est illis in scandalum. Et ymmola
verunt filios suos. et filias suas de
moniis. Et effuderunt sanguinem in
nocentem. sanguinem filiorum suorum et

filias suas quas sacrificaverunt sculp-
tilibus chanaan. Et interfecta est terra in
sanguinibus eorum et contaminata est
in operibus eorum, et fornicati sunt in ad-
inventionibus suis. Et iratus est
furore dominus in populo suo, et abhomi-
natus est hereditatem suam. Et
tradidit eos in manus gentium
et dominati sunt eorum qui oderunt eos
Et tribulaverunt eos inimici eorum
et humiliati sunt sub manibus eorum
sepe liberavit eos. Ipsi autem exa-
cerbaverunt eum in consilio suo et humili-
ati sunt in iniquitatibus suis. Et vi-
dit cum tribularentur et audivit
orationem eorum. Et memor fuit testamen-
ti sui et penituit eum secundum multitu-
dinem misericordie sue. Et dedit eos in
misericordias in conspectu omnium qui cepe-
rant eos. Salvos fac nos domine
deus noster et congrega nos de nationi-
bus. Ut confiteamur nomini sancto tuo
et gloriemur in laude tua. Benedictus
dominus deus israel a seculo et usque in seculum
et dicet omnis populus fiat fiat. ps
Confitemini domino quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius. Dicant
nunc qui redempti sunt a domino quos
redemit de manu inimici et de
regionibus congregavit eos. A
solis ortu et occasu ab aquilo-
ne et mari. Erraverunt in solitu-
dine in inaquoso viam civitatis
habitaculi non invenerunt. Esuri-

entes et sicientes anima eorum in ipsis
defecit. Et clamaverunt ad dominum
cum tribularentur et de necessita-
tibus eorum eripuit eos. Et deduxit
eos in viam rectam ut irent in ci-
vitatem habitationis. Confitean-
tur domino misericordie eius et mirabilia
eius filiis hominum. Quia saciavit
animam inanem et animam esuri-
entem saciavit bonis. Seden-
tes in tenebris et in umbra
mortis vinctos in mendicitate
et ferro. Quia exacerbaverunt elo-
quia dei et consilium altissimi ir-
ritaverunt. Et humiliatum est in la-
boribus cor eorum infirmati sunt et
non fuit qui adiuvaret. Et cla-
maverunt ad dominum cum tribularentur
et de necessitatibus eorum liberavit
eos. Et eduxit eos de tenebris et
umbra mortis et vincula eorum
dirupit. Confiteantur domino misericordie eius
et mirabilia eius filiis hominum. Q-
uia contrivit portas ereas
et vectes ferreos confregit. Sus-
cepit eos de via iniquitatis eorum
propter iniusticias enim suas humi-
liati sunt. Omnem escam abhomina-
ta est anima eorum et appropinqua-
verunt usque ad portas mortis
Et clamaverunt ad dominum cum tribu-
larentur et de necessitatibus eorum
liberavit eos. Misit verbum suum
et sanavit eos et eripuit eos

de interitionibus eorum. Confiteantur Domino misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum. Et sacrificent sacrificium laudis et annuncient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in navibus facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera Domini et mirabilia eius in profundo. Dixit et stetit spiritus procelle et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt usque ad celos et descendunt usque ad abyssos anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius et omnis sapientia eorum devorata est. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur et de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram et siluerunt fluctus eius. Et letati sunt quia siluerunt et deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confiteantur Domino misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis et in kathedra seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum et exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsugine a malicia inhabitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum et terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocavit illic esurientes et constituerunt civitatem habitationis. Et seminaverunt agros et plantaverunt vineas et fecerunt fructum nativitatis. Et benedixit eis et multiplicati sunt nimis et iumenta eorum non minoravit. Et pauci facti sunt et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore. Effusa est contencio super principes et errare fecit eos in invio et non in via. Et adiuvit pauperem de inopia et posuit sicut oves familias. Videbunt recti et letabuntur et omnis iniquitas oppilabit os suum. Quis sapiens et custodiet hec et intelliget misericordias Domini. Gloria. Antiphona. Visita nos Domine in salutari tuo. Antiphona. Confitebor Domino.

Paratum cor meum Deus paratum cor meum cantabo et psallam in gloria mea. Exurge gloria mea exurge psalterium et cythara exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis Domine et psallam tibi in nationibus. Quia magna est super celos misericordia tua et usque ad nubes veritas tua. Exaltare super celos Deus et super omnem terram gloria tua ut liberentur dilecti tui. Salvum fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo. Exultabo et dividam sichimam et convallem tabernaculorum dimetiar. Meus est Galaad et meus est Manasses et Effraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus. Moab lebes spei mee. In Ydumeam extendam calciamentum meum

tu meum, mihi alienigene amici facti sunt. Quis deducet me in civitatem munitam, quis deducet me usque in Idumeam. Nonne tu deus qui repulisti nos, et non exibis deus in virtutibus nostris. Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis. In deo faciemus virtutem, et ipse ad nichilum deducet inimicos nostros. psalmus david

Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et dolosi super me apertum est. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, et expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant michi, ego autem orabam. Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem, et dyabolus stet a dextris eius. Cum iudicatur exeat condempnatus, et oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, et episcopatum eius accipiat alter. Fiant filii eius orphani, et uxor eius vidua. Nutantes transferantur filii eius et mendicent, eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius, et diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum, in generatione una deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, et peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper, et dispereat de terra memoria eorum, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem et mendicum, et compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem et veniet ei, et noluit benedictionem et elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentum, et intravit sicut aqua in interiora eius, et sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, et sicut zona qua semper precingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt michi apud dominum, et qui loquuntur mala adversus animam meam. Et tu domine fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua. Libera me quia egenus et pauper ego sum, et cor meum conturbatum est intra me. Sicut umbra cum declinat ablatus sum, et excussus sum sicut locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio, et caro mea immutata est propter oleum. Et ego factus sum opprobrium illis, viderunt me et moverunt capita sua. Adiuva me domine deus meus, salvum me fac secundum misericordiam tuam. Et sciant quia manus tua hec, et tu domine fecisti eam. Maledicent illi et tu benedices, qui insurgunt in me

confundantur servus autem tuus letabitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore et operiantur sicut diploide confusione sua. Confitebor domino nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum. Qui astitit a dextris pauperis: ut salvam faceret a persequentibus animam meam. Gloria patri. Ant. Confitebor domino nimis in ore meo. V. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Ante laudes. Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. Laudes. Benigne fac in bona voluntate tua domine. Ps. Miserere. Ant. Bonum.

Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Ad annunciandum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctem. In decacordo psalterio: cum cantico in cythara. Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet: et stultus non intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Quoniam ecce inimici tui domine quoniam ecce inimici tui peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et exal-

Ut intereant in seculum seculi tu autem altissimus in eternum domine

tabitur sicut unicornis cornu meum: et senectus mea in misericordia uberi. Et despexit oculus meus inimicos meos: et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. Plantati in domo domini: in atriis domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: et bene patientes erunt ut annuncient. Quoniam rectus dominus deus noster: et non est iniquitas in eo. Gloria. Ant. Bonum est confiteri domino. Ant. [illegible] domini omnes fines terre. Ps. Deus deus meus. Ant. Et in [illegible]. Ps.

Audite celi que loquar: audiat terra verba oris mei. Concrescat in pluvia doctrina mea: fluat ut ros eloquium meum. Quasi imber super herbam: et quasi stille super gramina. Quia nomen domini invocabo: date magnificentiam deo nostro. Dei perfecta sunt opera: et omnes vie eius iudicia. Deus fidelis et absque ulla iniquitate: iustus et rectus. Peccaverunt ei et non filii eius in sordibus: generatio prava atque perversa. Hec ne reddis domino popule stulte et insipiens? Numquid non ipse est pater tuus: qui possedit te, et fecit et creavit te? Memento dierum antiquorum: cogita generationes singulas. Interroga patrem tuum et annunciabit tibi: maiores tuos et dicent tibi

Quando dividebat altissimus gentes quando separabat filios adam. Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum israel. Pars autem domini populus eius iacob funiculus hereditatis eius. Invenit eum in terra deserta in loco horroris et vaste solitudinis. Circumduxit eum et docuit et custodivit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos et super eos volitans. Expandit alas suas et assumpsit eum atque portavit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit et non erat cum eo deus alienus. Constituit eum super excelsam terram ut comederet fructus agrorum. Et sugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo. Butyrum de armento et lac de ovibus cum adipe agnorum et arietum filiorum basan. Et hircos cum medulla tritici et sanguinem uve biberet meracissimum. Incrassatus est dilectus et recalcitravit incrassatus impinguatus dilatatus. Dereliquit deum factorem suum et recessit a deo salutari suo. Provocaverunt eum in diis alienis et in abhominationibus ad iracundiam concitaverunt. Immolaverunt demoniis et non deo diis quos ignorabant. Novi recentesque venerunt quos non coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit dereliquisti et oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus et ad

iracundiam concitatus est quia provocaverunt eum filii sui et filie. Et ait abscondam faciem meam ab eis et considerabo novissima eorum. Generatio enim perversa est et infideles filii. Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat deus et irritaverunt in vanitatibus suis. Et ego provocabo eos in eo qui non est populus et in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo et ardebit usque ad inferni novissima. Devorabitque terram cum germine suo et montium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala et sagittas meas complebo in eis. Consumentur fame et devorabunt eos aves morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium. Foris vastabit eos gladius et intus pavor iuvenem simul ac virginem lactantem cum homine sene. Dixi ubi nam sunt cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Sed propter iram inimicorum distuli ne forte superbirent hostes eorum. Et dicerent manus nostra excelsa et non dominus fecit hec omnia. Gens absque consilio est et sine prudencia. Utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent. Quomodo persequebatur unus mille a duo

fugerent decem milia. Nonne io
quia deus suus vendidit eos: et
dominus conclusit illos. Non enim est
deus noster ut dii eorum: et inimici
nostri sunt iudices. De vinea sodo
morum vinea eorum: et de suburbanis
gomorre. Uva eorum uva fellis:
et botrus amarissimus. Fel draco
num vinum eorum: et venenum aspi
dum insanabile. Nonne hec condi
ta sunt apud me: et signata in
thesauris meis. Mea est ul
tio et ego retribuam eis in tempore: ut
labatur pes eorum. Iuxta est dies
perdicionis: et adesse festinant
tempora. Iudicabit dominus populum suum:
et in servis suis miserebitur. Vi
debit quod infirmata sit manus:
et clausi quoque defecerunt residu
ique consumpti sunt. Et dicent ubi
sunt dii eorum: in quibus habebant fi
duciam. De quorum victimis co
medebant adipes: et bibebant
vinum libaminum. Surgant et
opitulentur vobis: et in neces
sitate vos protegant. Videte
quod ego sim solus: et non sit
alius deus preter me. Ego occi
dam et ego vivere faciam: percuti
am et ego sanabo: et non est
qui de manu mea possit eru
ere. Levabo ad celum manum
meam: et dicam vivo ego in eternum.
Si acuero ut fulgur gladium

meum: et arripuerit iudicium ma
nus mea. Reddam ultionem hostibus
meis: et hiis qui oderunt me retri
buam. Inebriabo sagittas meas sangui
ne: et gladius meus devorabit
carnes. De cruore occisorum: et de cap
tivitate nudati inimicorum capi
tis. Laudate gentes populum eius: quia
sanguinem servorum suorum ulciscetur. Et
vindictam retribuet in hostes eorum:
et propicius erit terre populi sui. Gloria. An.
Et in servis suis dominus miserebitur.
An. In cymbalis benesonantibus lau
date dominum. ps. Laudate dominum. capitulum
Fratres vigilate orate. ut s. ymnus
Aurora iam spargit polum: terris
dies illabitur: lucis resultat spi
culum: discedat omne lubricum. Fan
tasma noctis decidat: mentis re
atus subruat: quicquid tenebris
horridum: nox attulit culpe cadat.
Et mane illud ultimum: quod prestola
mur cernui: in luce nobis effluat
dum hic canore concrepat. Presta pater
piissime. ut s. v. Repleti sumus mane
misericordia. Ad benedictus. In via pa
cis dirige nos domine. ps. Benedictus
coll. dominicalis. suffragia. ma. Dominica die
ad vesperas antiphona. Dixit dominus. ps.
Dixit dominus domino meo: se
de a dextris meis. Do
nec ponam inimicos
tuos: scabellum pedum
tuorum. Virgam virtutis tue emittet



tet dominus ex syon dominare in medio
inimicorum tuorum. Tecum principium in die
virtutis tue in splendoribus sanctorum ex
utero ante luciferum genui te. Iu-
ravit dominus et non penitebit eum tu
es sacerdos in eternum secundum ordinem
melchisedech. Dominus a dextris tuis
confregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nacionibus implebit
ruinas conquassabit capita in
terra multorum. De torrente in via bi-
bet propterea exaltabit caput. Gloria.
An. Dixit dominus domino meo sede a dex-
Confitebor tris meis. An. Fidelia
tibi domine in toto corde meo in con-
silio iustorum et congregatione. Mag-
na opera domini exquisita in omnes volunta-
tes eius. Confessio et magnificen-
cia opus eius et iusticia eius ma-
net in seculum seculi. Memoriam fecit
mirabilium suorum misericors et mi-
serator dominus escam dedit timenti-
bus se. Memor erit in seculum testamen-
ti sui virtutem operum suorum annun-
ciabit populo suo. Ut det illis heredi-
tatem gencium opera manuum eius veri-
tas et iudicium. Fidelia omnia man-
data eius confirmata in seculum seculi
facta in veritate et equitate. Redemp-
cionem misit dominus populo suo mandavit
in eternum testamentum suum. Sanctum et
terribile nomen eius initium sapien-
cie timor domini. Intellectus bonus
omnibus facientibus eum laudacio eius
manet

in seculum seculi. Gloria. An. Fidelia omnia
mandata eius confirmata in se-
culum seculi. An. In mandatis
Beatus vir qui timet dominum
in mandatis eius volet ni-
mis. Potens in terra erit semen
eius generacio rectorum benedicetur. Gloria
et divicie in domo eius et iusti-
cia eius manet in seculum seculi. Ex-
ortum est in tenebris lumen rectis
misericors et miserator et ius-
tus. Iocundus homo qui miseretur
et commodat disponet sermones
suos in iudicio quia in eternum
non commovebitur. In memoria eter-
na erit iustus ab audicione
mala non timebit. Paratum cor
eius sperare in domino confirmatum
est cor eius non commovebitur do-
nec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperibus iusticia
eius manet in seculum seculi cornu
eius exaltabitur in gloria. Peccator vi-
debit et irascetur dentibus suis
fremet et tabescet desiderium
peccatorum peribit. Gloria. An. In manda-
tis eius volet nimis. An. Sit nomen
Laudate pueri dominum laudate
te nomen domini. Sit nomen
domini benedictum ex hoc nunc et usque
in seculum. A solis ortu usque ad
occasum laudabile nomen domini.
Excelsus super omnes gentes dominus
et super celos gloria eius. Quis sicut

dns deus nr qui in altis habitat
et humilia respicit in celo et in terra
Suscitans a terra inopem et de
stercore erigens pauperem Ut col
locet eum cum principibus cum principibus
populi sui Qui habitare facit sterilem
in domo matrem filiorum letantem Gla
An Sit nomen dni benedictum in secula
In exitu israel An Nos qui vivimus
de egypto domus iacob de populo
barbaro Facta est iudea sanctifica
tio eius israel potestas eius M
are vidit et fugit iordanis co
nversus est retrorsum Montes exul
taverunt ut arietes et colles sicut
agni ovium Quid est tibi mare
quod fugisti et tu iordanis quia
conversus es retrorsum Montes ex
ultastis sicut arietes et colles
sicut agni ovium A facie dni mo
ta est terra a facie dei iacob Qui
convertit petram in stagna aquarum
et rupem in fontes aquarum N
on nobis dne non nobis sed nomi
ni tuo da gloriam Super misericordia tua et
veritate tua nequando dicant
gentes ubi est deus eorum Deus
autem nr in celo omnia quecumque vo
luit fecit Simulacra gentium
argentum et aurum opera manu
um hominum Os habent et non lo
quentur oculos habent et non vide
bunt Aures habent et non audi
ent nares habent et non odo
rabunt Manus habent et non palpa
bunt pedes habent et non ambula
bunt nec clamabunt in gutture
suo Similes illis fiant qui faci
unt ea et omnes qui confidunt in eis
Domus israel speravit in domino adiu
tor eorum et protector eorum est Domus
aaron speravit in domino adiutor
eorum et protector eorum est Qui timent
dnm speraverunt in domino adiutor
eorum et protector eorum est Dns memor
fuit nri et benedixit nobis Benedi
xit domui israel benedixit domui a
aron Benedixit omnibus qui timent
dnm pusillis cum maioribus Adi
ciat dominus super vos super vos et super
filios vestros Benedicti vos dno
qui fecit celum et terram Celum celi
dno terram autem dedit filiis hominum
Non mortui laudabunt te dne
neque omnes qui descendunt in infernum
Sed nos qui vivimus benedicimus dno
ex hoc nunc et usque in seculum Gla An
Nos qui vivimus benedicimus dno Cap
Dns autem dirigat corda et corpora
nostra in caritate dei et patientia
Lucis creator optime ym xpi do
Lucem dierum proferens primordiis
lucis nove mundi parans origi
nem Qui mane iunctum vesperi diem
vocari precipis tetrum chaos illa
bitur audi preces cum fletibus Ne
mens gravata crimine vite sit exul
munere dum nil perenne cogitat

seseque culpis alligat. Celorum pulset
intimum. vitale tollat premium. vite
mus omne noxium. purgemus omne pes
simum. Presta pater piissime patrique compar
unice cum spiritu paraclito regnans per omne
seculum. Amen. V. Dirigatur domine ad te
oratio mea. Sicut incensum in conspec
tu tuo. An. ad magnificat cum coll. et preces ut in alia
feria secunda. In v. Inclinavit. Ps.
Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem
orationis mee. Quia inclinavit
aurem suam mihi et in diebus meis
invocabo. Circumdederunt me dolo
res mortis et pericula inferni inve
nerunt me. Tribulationem et dolo
rem inveni et nomen domini invoca
vi. O domine libera animam meam misericors dominus
et iustus et deus noster miseretur. Cus
todiens parvulos dominus humiliatus
sum et liberavit me. Convertere anima
mea in requiem tuam quia dominus
benefecit tibi. Quia eripuit animam
meam de morte oculos meos a la
crimis pedes meos a lapsu. Place
bo domino in regione vivorum. Gloria.
An. Inclinavit dominus aurem suam mihi.
Credidi propter quod. An. Credidi
locutus sum ego autem humiliatus
sum nimis. Ego dixi in excessu
meo omnis homo mendax. Quid
retribuam domino pro omnibus que re
tribuit mihi. Calicem salutaris
accipiam et nomen domini invoca
bo. Vota mea domino reddam coram

omni populo eius preciosa in conspec
tu domini mors sanctorum eius. O domine quia
ego servus tuus ego servus tuus
et filius ancille tue. Dirupisti
vincula mea tibi sacrificabo hosti
am laudis et nomen domini in
vocabo. Vota mea domino reddam
in conspectu omnis populi eius in a
triis domus domini in medio tui
Ierusalem. Gloria. An. Credidi propter quod
locutus sum. An. Laudate dominum.
Laudate dominum omnes gentes
laudate eum omnes populi. Quoniam
confirmata est super nos misericordia eius
et veritas domini manet in eternum.
Gloria. An. Laudate dominum omnes gentes. An.
Ad dominum cum tribula. clamavi
rer clamavi et exaudivit
me. Domine libera animam meam a labi
is iniquis et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid appo
natur tibi ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute cum car
bonibus desolatoriis. Heu mihi quia
incolatus meus prolongatus est
habitavi cum habitantibus cedar
multum incola fuit anima mea.
Cum hiis qui oderunt pacem
eram pacificus cum loquebar
illis impugnabant me gra
tis. Gloria. An. Clamavi et exaudi
Levavi oculos. vit me. Levavi
meos in montes unde ve
niet auxilium mihi. Auxilium meum

a dno qui fecit celu et tra Non det
in comotone pedem tuu neqz dor-
miet qui custodit te Ecce no dor-
mitabit neqz dormiet qui custo-
dit isrl Dns custodit te dns p-
tectio tua sup manu dextera
tua Per diem sol no uret te ne-
qz luna p noctem Dns custodit
te ab omi malo custodiat a-
ia tua dns Dns custodit in-
troitu tuu et exitu tuu ex h-
nunc et usqz in sclm Gla An
Auxiliu meu a dno capitlm
Dns aut dirigat corda ymn
In mense celi conditor qui
mixta ne confunderet aque
flumenta dividens celu dedis
se limite Firmans locu celes
tibus simul qz tre rivulis ut
unda flamas quiet tre solu ne dis
siperet Infunde nuc piissime
donu phenis gre fraudis
nove ne casibz nos error at
terat veteris Lux fides i uei
at sic luis iubar ferat hec
vana cuncta terat hanc falsa
nulla deprimat Pra pr piis
V Dirigatur dne ad te Magnificat
Magnificat aia mea dnm
quia respexit deus humilitate
mea coll' deus fr piis in ecclesia
Letatus sum An In domu dni
in his que dta sunt michi in
domu dni ibim Stantes

erant pedes nri in atriis tuis ie-
rusalem Ierusalem que edifi
catur ut civitas cuius pticipatio ei9
in idipsm Illuc eni ascenderunt
tribus tribz dni testimoniu isrl
ad confitendu noi dni Quia
illic sederunt sedes in iudicio sedes
sup domu david Rogate que
ad pacem sunt ierlm et habundan
tia diligentibz te Fiat pax in
virtute tua et abundancia i tur
ribz tuis Propter fres meos et
proximos meos loqbar pace de te
Propter domu dni dei nri quesi
vi bona tibi Gla An In domu
dni letantes ibimus An Qui habitas
Ad te levavi oculos meos qui
habitas in celis Ecce sicut ocu
li servorum in manibz dnorum suorum
Et sicut oculi ancille i manibz
dne sue ita oculi nri ad dnm
dm nrm donec misereatur nri M
iserere nri dne miserere nri qz multu
repleti sumus despectione Quia
multu repleta est aia nra ob
probriu habundantibz et despec
tio supbis Gla An Qui habitas
in celis miserere nob An Adiutoriu
Nisi quia dns erat in nob
dicat nunc isrl nisi qz dns
erat in nob Cu exurgerent hoies
in nos forte vivos deglutissent
nos Cu irasceretur furor eoru i
nos forsitan aqua absorbuisset

nos Torrentem ptransivit aia
nra forsitan ptransisset aia nra
aquam intollerabilem. Bndictus
dns qui non dedit nos in captione
dentibus eorum. Aia nra sicut passer
erepta est de laqueo venantium.
Laqueus contritus est et nos li
berati sumus. Adiutorium nrm in
noie dni qui fecit celum et terram. Gla
An Adiutorium nrm in noie dni. An
Qui confidunt in dno. Ps Sicut
mons syon non commovebi
tur in eternum qui habitat in ihrlm.
Montes in circuitu eius et dns in
circuitu ppli sui ex hoc nunc et usque in
seclm. Quia non relinquet dns vir
gam peccatorum super sortem iustorum ut
non extendant iusti ad iniquita
tem manus suas. Benefac dne bo
nis et rectis corde. Declinantes aut
em in obligationes adducet dns cum
operantibus iniquitatem pax super isrl.
Gla An Benefac dne bonis et rectis.
In convertendo dns. Ps Facti sumus
In convertendo dns captivitatem syon facti sumus
sicut consolati. Tunc repletum est
gaudio os nrm et lingua nra
in exultatione. Tunc dicent int
er gentes magnificavit dns face
re cum eis. Magnificavit dns face
re nobiscum facti sumus letantes. Con
verte dne captivitatem nram sicut
torrens in austro. Qui semi
nant in lacrimis in exultatione

metent. Euntes ibant et fle
bant mittentes semina sua.
Venientes autem venient cum ex
ultatione portantes manipu
los suos. Gla An Facti sumus sicut
consolati. Cap Dns autem dirigat.
Telluris ingens condi- Ymn9
tor mundi solum qui eruens
pulsis aque molestiis
terram dedisti immobilem.
Ut germen aptum proferens fu
lvis decori floribus fecunda fruc
tu sisteret pastumque gratum red
deret. Mentis perusta vulnera
munda viroris gratia ut facta
fletu diluat motusque pravos
atterat. Iussis tuis obtemperet
nullis malis approximet bo
nis repleri gaudeat et mor
tis actus nesciat. Presta pater piissime
V Dirigatur dne. Ad Magnificat. Exultet
omnis mens in dno deo salutari
nro. Coll dominical. Suff maiori
feria quarta. An Nisi tu domine.
Nisi dns edificaverit domum in
vanum laboraverunt qui edi
ficant eam. Nisi dns custodierit
civitatem frustra vigilat qui
custodit eam. Vanum est vobis an
te lucem surgere surgite post quam
sederitis qui manducatis pa
nem doloris. Cum dederit dilectis
suis sompnum ecce hereditas
dni filii merces fructus ventris

Sicut sagitte in manu potentis ita filii excussorum. Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Gloria. Ant. Nisi tu domine servabis nos in vanum vigilant oculi nostri. Ant. Beati omnes

Beati omnes qui timent dominum qui ambulant in viis eius. Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis habundans in lateribus domus tue. Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex syon et videas bona ierusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum pacem super israel. Gloria. Ant. Beati omnes qui timent dominum. Ant. Benediximus

Sepe expugnaverunt me a iuventute mea dicat nunc israel. Sepe expugnaverunt me a iuventute mea etenim non potuerunt michi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores prolongaverunt iniquitatem suam. Dominus iustus concidet cervices peccatorum confundantur et convertantur retrorsum omnes qui oderunt syon. Fiant sicut fenum tectorum quod priusquam evellatur exaruit. De quo non implebit manum suam qui metet et sinum suum qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos benediximus vobis in nomine domini. Gloria. Ant. Benediximus vobis in nomine domini. Ant. De profundis. ps.

De profundis clamavi ad te domine, domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee. Si iniquitates observaveris domine, domine quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est et propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius, speravit anima mea in domino. A custodia matutina usque ad noctem speret israel in domino. Quia apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria. Ant. De profundis clamavi ad te domine.

Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei. Neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam sed exaltavi animam meam. Sicut ablactatus est super matre sua ita retributio in animam meam. Speret israel in domino ex hoc nunc et usque in seculum. Gloria. Ant. Speret israel in domino. Cap. Dominus autem di

Celi deus sanctissime qui lucidum centrum poli candore pingis igneo

angens decoro lumine. Quarto die
qui flammeam solis rotam consti
tuens lune ministrans ordini vagos
recursus siderum. Ut noctibus vel lu
mini direccionis terminum. primordi
is et mensium signum dares notissimum.
Illumina cor hominum. absterge sordes
mentium. resolve culpe vinculum. e
verte moles criminum. Presta pater pius.
Dirigatur domine ad te. Ad magt. Respe
xit humilitatem meam dne deus me
Coll' dnicl. Suff' ma. Feria v. Au
Memento domine david. et omnis
mansuetudinis eius.
Sicut iuravit domino. votum vovit
deo iacob. Si introiero in taberna
culum domus mee. si ascendero in
lectum strati mei. Si dedero sompnum
oculis meis. et palpebris meis dor
mitacionem. Et requiem temporibus meis
donec inveniam locum domino. taber
naculum deo iacob. Ecce audivimus
eam in effrata. invenimus eam
in campis silve. Introibimus in
tabernaculum eius. adorabimus in lo
co ubi steterunt pedes eius. Surge
domine in requiem tuam. tu et archa
sanctificacionis tue. Sacerdotes tui
induantur iusticiam. et sancti tui ex
ultent. Propter david servum tuum
non avertas faciem christi tui. Iuravit
dominus david veritatem et non frustra
bitur eum. de fructu ventris tui po
nam super sedem tuam. Si custodierint
filii tui testamentum meum. et tes
timonia mea hec que docebo
eos. Et filii eorum usque in seculum
sedebunt super sedem tuam. Quoniam
elegit dominus syon. elegit eam in
habitacionem sibi. Hec requies
mea in seculum seculi. hic habita
bo quoniam elegi eam. Viduam eius
benedicens benedicam. pauperes
eius saturabo panibus. Sacerdo
tes eius induam salutari. et sancti
eius exultacione exultabunt.
Illuc producam cornu david. para
vi lucernam christo meo. Inimicos
eius induam confusione. super ipsum
autem efflorebit sanctificacio mea.
Gloria. An. Et omnis mansuetudinis eius. An.
Ecce quam bonum et quam iocundum
habitare fratres in unum.
Sicut unguentum in capite quod
descendit in barbam barbam
aaron. Quod descendit in oram
vestimenti eius. sicut ros her
mon qui descendit in montem
syon. Quoniam illic mandavit dominus
benediccionem. et vitam usque in
seculum. Gloria. An. Habitare fratres in
unum. Sequitur ps. in completorio
Ecce nunc benedicite dominum. omnes
servi domini. Qui statis in domo
domini. in atriis domus dei nostri. In
noctibus extollite manus vestras
in sancta. et benedicite dominum. Bene di
cat te dominus ex syon. qui fecit celum
et terram.

Laudate nomen domini laudate Ps
laudate servi dominum. Qui statis
in domo domini. in atriis domus dei
nostri. Laudate dominum quia bonus
est dominus. psallite nomini eius quoniam sua-
ve est. Quoniam iacob elegit sibi dominus
israel in possessionem sibi. Quia
ego cognovi quod magnus est dominus
et deus noster pre omnibus diis. Omnia
quecumque voluit dominus fecit in
celo et in terra in mari et in omni-
bus abyssis. Educens nubes ab ex-
tremo terre. fulgura in pluviam
fecit. Qui producit ventos de the-
zauris suis qui percussit primo-
genita egypti. ab homine usque
ad pecus. Emisit signa et prodi-
gia in medio tui egypte. in
pharaone et in omnes servos
eius. Qui percussit gentes mul-
tas. et occidit reges fortes. Se-
on regem amorreorum et og
regem basan. et omnia regna
chanaan. Et dedit terram eorum here-
ditatem. hereditatem israel populo suo
Domine nomen tuum in eternum. domine
memoriale tuum in generatione et
generationem. Quia iudicabit dominus
populum suum. et in servis suis depre-
cabitur. Simulacra gentium ar-
gentum et aurum. opera manuum
hominum. Os habent et non loquentur
oculos habent et non videbunt
Aures habent et non audient
neque enim est spiritus in ore ipsorum. Simi-
les illis fiant qui faciunt ea. et omnes
qui confidunt in eis. Domus israel
benedicite domino. domus aaron be-
nedicite domino. Domus levi be-
nedicite domino. qui timetis dominum be-
nedicite domino. Benedictus dominus ex syon
qui habitat in ierusalem. Gloria. Antiphona Omnia
quecumque voluit dominus fecit. Antiphona
Confitemini domino quoniam bonus.
quoniam in seculum misericordia eius. Confi-
temini deo deorum. quoniam. Confitemini do-
mino dominorum. Qui facit mirabilia
magna solus. Qui fecit celos
in intellectu. Qui firmavit terram
super aquas. Qui fecit luminaria
magna. Solem in potestatem
diei. Lunam et stellas in potes-
tatem noctis. Qui percussit egyp-
tum cum primogenitis eorum. Qui
eduxit israel de medio eorum. In
manu potenti et brachio excel-
so. Qui divisit mare rubrum in
divisiones. Et eduxit israel per me-
dium eius. Et excussit pharaonem
et virtutem eius in mari rubro
Qui traduxit populum suum per desertum
Qui percussit reges magnos. Et
occidit reges fortes. Seon re-
gem amorreorum. Et og regem
basan. Et dedit terram eorum heredi-
tatem. Hereditatem israel servo suo
Quia in humilitate nostra memor
fuit nostri. Et redemit nos ab ini-

inimicis nostris Qui dat escam omni
carni Confitemini domino celi Con
fitemini domino dominorum quoniam in eternum
misericordia eius Gloria Ant In eternum mi
sericordia eius Ant Ympnum can
Super flumina babylonis illic
sedimus et flevimus cum recor
daremur syon In salicibus in medi
o eius suspendimus organa nostra
Quia illic interrogaverunt nos qui
captivos duxerunt nos verba can
tionum Et qui abduxerunt nos
ympnum cantate nobis de canti
cis syon Quomodo cantabimus
canticum domini in terra aliena Si ob
litus fuero tui ierusalem oblivioni
detur dextera mea Adhereat lingua
mea faucibus meis si non
meminero tui Si non proposuero
tui ierusalem in principio letitie mee
Memor esto domine filiorum edom in
die ierusalem Qui dicunt exinanite
exinanite usque ad fundamentum in
ea Filia babilonis misera
beatus qui retribuet tibi retribu
tionem tuam quam retribuisti nobis
Beatus qui tenebit et allidet par
vulos suos ad petram Gloria Ant Ymp
num cantate nobis de canticis syon
Cap Dominus autem dirigat corda Ymnus
Magne deus potencie qui ex
aquis ortum genus partim remittis
gurgiti partim levas in aera Di
mersa lymphis imprimens subvecta
celis irrigans ut stirpe una
prodita diversa rapiant loca
Largire cunctis servulis quos
mundat unda sanguinis ne
sciant lapsus criminum nec ferre
mortis tedium Ut culpa nullum
deprimat nullum levet iactan
tia elisa mens ne concidat
elata mens ne corruat Presta
pater V Dirigatur domine ad te Ant Deposuit
Deposuit potentes sedes perseque
tes et exaltavit humiles christum
confitentes Coll' so' Suff ma
Feria sexta ad vesperas In conspectu
Confitebor tibi domine in toto
corde meo quoniam audisti ver
ba oris mei In conspectu an
gelorum psallam tibi adorabo
ad templum sanctum tuum et confite
bor nomini tuo Super misericordia tua
et veritate tua quoniam magni
ficasti super omne nomen sanctum tuum
In quacumque die invocavero
te exaudi me multiplicabis
in anima mea virtutem Confiteantur
tibi domine omnes reges terre quia
audierunt omnia verba oris tui Et can
tent in viis domini quoniam mag
na est gloria domini Quoniam excelsus
dominus et humilia respicit et alta
a longe cognoscit Si ambu
lavero in medio tribulationis
vivificabis me et super iram
inimicorum meorum extendisti manum

tua et salvum me fecit dextera
tua. Dominus retribuet pro me: domine
misericordia tua in seculum: opera manuum
tuarum ne despicias. Gloria. An. In
conspectu angelorum psallam ti
bi deus meus. An. Domine probasti

Domine probasti me et cognovisti
me: tu cognovisti sessionem
meam et resurrectionem meam. I
ntellexisti cogitationes me
as de longe: semitam meam et fu
niculum meum investigasti. Et
omnes vias meas previdisti: quia
non est sermo in lingua mea.
Ecce domine tu cognovisti omnia
novissima et antiqua: tu for
masti me et posuisti super me ma
num tuam. Mirabilis facta est scientia
tua ex me: confortata est et non
potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo:
et quo a facie tua fugiam. Si as
cendero in celum tu illic es: si des
cendero ad infernum ades. Si sum
psero pennas meas diluculo:
et habitavero in extremis maris.
Etenim illuc manus tua deducet
me: et tenebit me dextera
tua. Et dixi forsitan tenebre
conculcabunt me: et nox illumina
tio mea in deliciis meis. Quia
tenebre non obscurabuntur a te:
et nox sicut dies illuminabitur: sicut
tenebre eius ita et lumen eius.
Quia tu possedisti renes meos

suscepisti me de utero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter
magnificatus es: mirabilia
opera tua: et anima mea cognoscit
nimis. Non est occultatum os me
um a te quod fecisti in occulto: et
substantia mea in inferioribus terre. Im
perfectum meum viderunt oculi tui et
in libro tuo omnes scribentur: dies
formabuntur et nemo in eis. Michi
autem nimis honorificati sunt ami
ci tui deus: nimis confortatus est princi
patus eorum. Dinumerabo eos et super
arenam multiplicabuntur: et surrexi
et adhuc sum tecum. Si occideris
deus peccatores: viri sanguinum decli
nate a me. Quia dicitis in cogi
tatione: accipient in vanitate
civitates suas. Nonne qui oderunt
te domine oderam: et super inimicos
tuos tabescebam. Perfecto odio o
deram illos: inimici facti sunt michi.
Proba me deus et scito cor meum:
interroga me et cognosce semitas
meas. Et vide si via iniquitatis
in me est: et deduc me in via eterna.
na. Gloria. An. Domine probasti me et
cognovisti me. An. A viro iniquo

Eripe me domine ab homine ma
lo: a viro iniquo eripe me.
Qui cogitaverunt iniquitates in cor
de: tota die constituebant prelia.
Acuerunt linguas suas sicut ser
pentes: venenum aspidum sub labiis
eorum

Custodi me domine de manu peccatoris
et ab hominibus iniquis eripe me. Qui
cogitaverunt supplantare gressus meos
absconderunt superbi laqueum michi
Et funes extenderunt in laqueum iuxta
iter scandalum posuerunt michi. Dixi
domino deus meus es tu exaudi domine vocem
deprecationis mee. Domine domine virtus
salutis mee obumbrasti super ca-
put meum in die belli. Non tradas
me domine a desiderio meo peccatori
cogitaverunt contra me ne derelinquas me
ne forte exaltentur. Caput circuitus
eorum labor labiorum ipsorum operiet
eos. Cadent super eos carbones
in igne deicies eos in miseriis
non subsistent. Vir linguosus non
dirigetur in terra virum iniustum ma-
la capient in interitu. Cognovi
quia faciet dominus iudicium inopis
et vindictam pauperum. Verumtamen iusti
confitebuntur nomini tuo et habitabunt
recti cum vultu tuo. Gloria. Ant. Eripe
in equo libera me domine. Ant. Domine clamavi
Domine clamavi ad te exaudi me
intende voci mee cum clama-
vero ad te. Dirigatur oratio mea
sicut incensum in conspectu tuo ele-
vatio manuum mearum sacrificium ves-
pertinum. Pone domine custodiam ori meo
et hostium circumstantie labiis meis
Non declines cor meum in verba ma-
licie ad excusandas excusationes
in peccatis. Cum hominibus operantibus
iniquitatem et non communicabo
cum electis eorum. Corripiet me
iustus in misericordia et increpabit
fontem. ibique fonte consecrato fratres
predicti repetunt letaniam ab illo
versu Christe audi nos et sic cantando re
deunt ad chorum. finita letania
cantor solleniter incipit Kyri
eleyson. et sacerdos ad altare
Gloria in excelsis deo. post epistolam
Alleluia. Confitemini. Deinde tractus
Laudate dominum. Ipso die non cre
do non offertorium non agnus dei dicitur
non pacis osculum datur. post quam
ille qui officia committit. Tunc
cantor incipit ad vesperas antiphonam
Alleluia. ps. Laudate dominum omnes gen
tes. Gloria patri et eodem modo repetit
an. Alleluia. alleluia. alleluia. Ad magnificat
Vespere autem sabbati. duplicatur.

que lucescit in prima sabbati venit
maria magdalena et altera maria
videre sepulchrum alleluia. ps. Magnificat. Coll.
Deus qui hanc sacratissimam noc
tem gloria dominice resurrectionis il
lustras conserva in nova familie
tue progeniem adoptionis spiritum quem
dedisti ut mente et corpore renovati
puram tibi exhibeant servitutem.
Per eundem. Ad altare dicat Bene
dicamus domino. Breviter vespere cum
missa finiuntur. Ad completorium non
dicitur Converte nos neque Deus in adiutorium
sed tantum cum ps. an. Alleluia. ps. Cum
invocarem. non capitulum non versus dicitur sed
an. Ad nunc dimittis. Alleluia. Quem
queris mulier. alleluia. Viventem cum
mortuis alleluia alleluia. dicitur Dominus
vobiscum. Oro. Deus qui hanc
sacratissimam. In die pasche
ante pulsum matutinarum presbiteri
visitantes sepulchrum induti vesti
bus candidis et stolati dicant ver
sus sine gloria patri et cantant ante
sepulchrum in tono Exsurge quare ob
dormis domine. Deinde sacerdos dicat
flexis genibus sequentes oraciones.
Liberator animarum sempiterne hanc ob
lacionem quam tibi offerimus pro animabus
omnium fidelium que nobis in oratione com
mendate sunt et quorum nomina elec
mosinis et qui singulare apud te
non habent intercessionem et quorum di
es obitus agitur et pro cunctis omnibus omnium

fidelium defunctorum in gratiarum actione
pro omnibus beneficiis tuis quibus cotti-
die in merentes nimium. Et in commemora-
tione omnium miraculorum tuorum que
umquam fecisti pro maiestate divinitatis
tue. Et pro humilitate humanitatis
tue. Et in honore sancte nativitatis et sancte
passionis et sancte crucis tue. Et illius
benedictionis que sancte crucis benedixe-
risti quando illam proprio sanguine tuo
aspersisti. Et in memoria divini spolii
quod hac nocte fecisti quando pote-
ntialiter ianuas ereas vectes confregisti
et auctorem mortis alligasti et mi-
nistros suos conturbasti ac illorum
tenebras cum splendore tue divinitatis
illuminasti. Et in commemoratione tue
resurrectionis in qua te debemus se-
qui speramus. Et in memoria leticie
qua patriarche et prophete et omnibus
electis tuis qui illic ab origine
mundi detinebantur. In ista nocte con-
tulisti cum per illorum vota et man-
siones beate resurrectionis tue. Et
illorum leticie et consortii simus participes.
Rogamus te clemens. Oratio. Suscipe pie-
tissime domine ut hanc oblationem
et orationem ad maiorem et ad refrigeri-
um suas pervenire animabus omnium
fidelium defunctorum qui usque in hunc
diem de seculo migraverunt. Et in suis
nomina eorum sedem magna pietate
tua inserere eis. Amen. Oratio
Eripe domine animas famulorum famularum-
que tuarum et omnium fidelium defunctorum
pro nomine maiestatis tue et pro precio
sancte crucis. Eme eos domine per gloriosam
resurrectionem tuam. Iram et indig-
nationem tuam ab eis amove et re-
missionem omnium peccatorum eorum eis
donare digneris. Amen. Oratio
Libera quesumus domine animas omnium fidelium
defunctorum de omni peccatorum vinculo
ut beate resurrectionis gloria gau-
deant vitaque eterna mereantur in celis
sine pena. Oratio. Oramus domine ut
suscipere digneris hanc oblationem
et orationem et in memoria illius laudis
qua te sancte anime laudaverunt quando
illas diu vexatas post longa
tormenta in fine in eterna requiem sus-
cepisti. In memoria quorum laudis
qua celum et terra te laudaverunt
cum ista nocte tanta potestate visitasti
et omnibus electis tuis in te ipso spem
dedisti et in memoria venerande
laudis qua te mater tua et dis-
cipuli tui laudaverunt cum te in propria
carne vincentem viderunt. Et qua
te in cruce pendentem sciebant. Et
in memoria illius qua te omnis
exercitus laudavit quando rex glorie
super omnes celos ascendisti et huma-
na carne quam puram de gloriosa
virgine suscepisti et ad dexteram
patris collocasti. Et in memoriam
illius laudis qua tibi omnes electi
in die iudicii persolvent quando iudicium

est finitum et illi quidem in patria terrene
tum scilicet et reproborum penarum. Et ista
laus est sanctior cunctis laudibus
celestium et terrestrium quas tecum sancti sine fine
eterna beatitudine debent possidere.
Postea thurificetur et aspergetur
sepulchrum. cappa induti et tollatur
crux cantibus presbiteris Cum rex
glorie. et ponatur ante summum altare
et ibidem cantetur. Antiphona Surrexit
dominus de sepulchro. Deinde cantan
tes ante cantetur prosa Victime
paschali laudes. Et tunc pulsetur
matutinum. Et tunc ad matutinum
dicitur Domine labia mea aperies. Deus
in adiutorium meum intende
Domine ad adiuvandum. Invitatorium
Alleluia alleluia alleluia. Psalmus Venite. Antiphona Ego
sum qui sum et consilium meum non est
cum impiis sed in lege domini voluntas
mea est alleluia. Psalmus Beatus vir. Antiphona Pos
tulavi patrem meum alleluia dedit mihi
gentes alleluia in hereditatem alleluia. Psalmus
Quare fremuerunt. Antiphona Ego dormivi et som
num cepi et exsurrexi quoniam dominus suscepit
me alleluia alleluia. Psalmus Domine quid multiplicati. Versus
Quem queris mulier alleluia. Viventem cum
mortuis alleluia. Secundum Marcum.
In illo tempore Maria Magdalena
et Maria Iacobi et Salome ab
euntes emerunt aromata ut venien
tes ungerent Ihesum. Et reliqua. Omelia pape.
Audistis fratres karissimi quod sancte mulieres
dominum secute fuerant cum aromati

bus ad monumentum venerunt, et ei quem
viventem dilexerant etiam mortuo
studio humanitatis obsequuntur. Sed
res gesta aliquid in sancta ecclesia
signat gerendum. Sic quippe necesse
est ut audiamus que facta sunt, quatinus
cogitemus que nobis etiam sint ex
eorum imitatione facienda. Tu autem. Responsorium
Angelus domini descendit de celo et ac
cedens revolvit lapidem et super
eum sedit et dixit mulieribus nolite
timere scio enim quia crucifixum queritis
Iam surrexit venite et videte locum
ubi positus erat dominus alleluia. Versus Angelus
domini locutus est mulieribus dicens
quem queritis an Ihesum queritis. Iam.
Et nos ergo in eum qui est mortuus
credentes si odore virtutum re
ferti cum opinione bonorum operum dominum
querimus ad monumentum illius pro
fecto cum aromatibus venimus. Ille
autem mulieres angelos vident que
cum aromatibus venerunt. quia
videlicet ille mentes supernos cives
aspiciunt que cum virtutum odoribus
ad deum per sancta desideria proficiscuntur.
Notandum nobis est quidnam
sit quod in dextris sedere angelus cernitur.
Tu autem. Responsorium Angelus domini locutus est
mulieribus dicens quem queritis
an Ihesum queritis. Iam surrexit
venite et videte alleluia alleluia. Versus Ecce
precedet vos in Galileam ibi eum
videbitis sicut dixit nobis. Iam

Quid enim per sinistram nisi vita presens quid vero per dexteram nisi vita perpetua signatur. Unde scriptum est leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Quia igitur redemptor noster iam presentis vite corruptionem transierat recte angelus qui nuntiare vitam perhennem eius venerat in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit quia nostre festivitatis gaudia nuntiavit. Candor etenim vestis splendorem nostre denuntiat festivitatis. Nostre dicamus an sue. Sed ut fateamur verius et sue dicamus et nostre. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit quia nos ad immortalitatem reduxit. Et angelorum quia nos revocando ad celestia eorum numerum implevit. *Responsorium* Dum transisset sabbatum maria magdalena et maria iacobi et salome emerunt aromata ut venientes ungerent ihesum alleluia alleluia. *Versus* Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Ut venientes. Gloria. Ut venientes. *Nota quod post Gloria patri responsorium reincipitur quod cantando fratres cum cereis exeunt in medium chori. Quo finito cantor incipit* Maria magdalena et altera maria ferebant diluculo aromata dominum querentes in monumento. *Interim tres fratres albis induti procedunt portantes aromata de sacrario vasis sepulchris posteaque ante altare cantata sunt fratres predicti qui inter se colloquentes voce submissa cantent hunc versum* Quis revolvet nobis lapidem ab hostio monumenti quem tegere sanctum cernimus sepulchrum. *Quos interrogantes duo presbiteri vel plures in sepulchro canentes* Quem queritis o tremule mulieres in hoc tumulo plorantes. *Respondent* Ihesum nazarenum crucifixum querimus. *Presbiteri predicti canentes* Non est hic quem queritis sed cito euntes nuntiate discipulis eius et petro quia surrexit ihesus. *Presbiteri subiungant* Venite et videte locum ubi positus erat dominus alleluia alleluia. *Illis itaque canentibus predicti fratres intrant sepulchrum et thurificato exeant ad chorum cantando* Ad monumentum venimus gementes angelum domini sedentem vidimus et dicentem quia surrexit ihesus. *Sicque pertranseat ad sanctuarium tunc duo ex fratribus camisiis extendentes pergant ad sepulchrum choro interim cantante* Currebant duo simul et ille alius discipulus precucurrit citius petro et venit prior ad monumentum. *Et acceptis linteaminibus a sepulchro redeant ad chorum et expensis coram omnibus cantent hunc versum* Cernitis o socii linteamina et sudarium et corpus non est in sepulchro inventum. *Subiungat* Surrexit dominus de sepulchro qui pro nobis pependit in ligno alleluia

Sequentia Te deum laudamus. Hoc officio
completo sequitur V. In resurrectione tua
Christe alleluia. Celum et terra letentur alleluia.
Deus in adiutorium meum. Ad laudes antiphona
Angelus autem domini descendit de celo
et accedens revolvit lapidem et se
debat super eum alleluia alleluia. Cum psalmis consuetis.
Et ecce terremotus factus est magnus
angelus autem domini descendit de
celo alleluia. Antiphona Erat autem aspectus eius
sicut fulgur vestimenta eius can
dida sicut nix alleluia. Antiphona Pre timore
autem eius exterriti sunt custodes et
facti sunt velut mortui alleluia. Antiphona
Respondens autem angelus dixit
mulieribus nolite timere scio enim
quod Ihesum queritis alleluia. Nota quod
nec capitulum nec V. dicitur quod quidem
per totam ebdomadam servatur. Ad Benedictus
antiphona Et valde mane una sabbato
rum veniunt ad monumentum orto iam
Deus qui hodierna / sole alleluia. Collecta
die per unigenitum tuum eternitatis
nobis aditum devicta morte rese
rasti vota nostra que preveniendo
aspiras etiam adiuvando prosequere.
Per eundem. Nota quod in die pasche ad omnes
horas dicitur Deus in adiutorium. Pre
ter ad vesperas et sic fit usque post oc
tavam. Deus in adiutorium. Alleluia. Psalmus
Deus in nomine tuo. Confitemini. Beati
immaculati. Retribue. Gloria patri.
Antiphona Alleluia alleluia alleluia. Graduale Hec
dies sine versu. Alleluia. Cum primo versu

[illegible]

[illegible]

Pascha nostrum. V. In resurrectione tua
Christe alleluia. Dominus vobiscum. Oremus.
Collecta de die. Ad terciam Deus in adiuto
rium. Antiphona Alleluia. Psalmus Legem pone. Cum ceteris.
Graduale Hec dies sine versu. Alleluia
V. Epulemur. V. Resurrexit dominus. Do
minus vobiscum. Oremus. Collecta de die.
Ad sextam Deus in adiutorium. Antiphona Alleluia. Psalmus
Defecit. Cum ceteris. Graduale Hec dies
sine versu. Alleluia. Cum versu Pascha nostrum. V.
Surrexit dominus vere alleluia. Dominus vo
biscum. Oremus. Collecta de die. Ad nonam
Alleluia. Psalmus Mirabilia. Cum ceteris. Gradu
ale Hec dies sine versu. Alleluia. Cum versu
Epulemur. V. Surrexit dominus de sepul
chro alleluia. Dominus vobiscum. Oremus.
Collecta de die. Ipsa die finita ter
cia et processione sollempniter ordi
nata episcopus sine albis incipit
Vidi aquam. Interim presbiter aquam be
nedictam aspergit. Deinde V. Quia
apud te est fons vite alleluia. Et in
lumine tuo videbimus lumen alleluia.
Oratio
Concede quesumus omnipotens deus ut qui
festa paschalia agimus celestibus
desideriis accensi fontem vite sitia
mus. Per dominum nostrum. Tercia finita
exeunte processione cantor incipit
Cum rex glorie. Qua decantando
processio fiat ex ecclesia ubi statio
facienda est ibique post eam dicitur
V. Surrexit dominus vere alleluia. Collecta
Presta quesumus omnipotens deus ut qui gloriam
dominice resurrectionis colimus

ipsi per amorem spiritus a morte carnis resur-
gentium perpendens. Exinde incipiunt tres fratres
Salve festa dies. Quo finito incipiat
antiphonam chorus minor incipit Sedit angelus.
Sequitur versus Crucifixum. Versus Recordamini.
Versus Surrexit dominus de sepulchro. Collecta.
Presta quesumus omnipotens deus ut qui resurrectio-
nis dominice sollempnia colimus ereptio-
nis nostre leticiam suscipere mereamur.
Per eundem. In eundo chorus Christus resurgens
qui sequitur. Introitus Resurrexi et adhuc.
Ad singulos versus deus in adiutorium non
dicitur sed cantatur Kyrieleyson novem
vicibus. Incipiunt tunc antiphona Alleluia
alleluia alleluia alleluia. Psalmus Dixit dominus. Antiphona
Alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia. Psalmus Con-
fitebor. Antiphona Alleluia alleluia alleluia alleluia. Psalmus
Beatus vir. Finitis itaque psalmis cantatur
gradale Hec dies. Versus Confitemini
domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia
eius. Alleluia Pascha nostrum. Quibus
finitis sequitur antiphona ad magnificat Et di-
cebant ad invicem quis revolvet
nobis lapidem ab hostio monumen-
ti alleluia alleluia. Collecta Deus qui hodi-
erna die. Deinde fit processio ad
fontem in qua cantatur antiphona Vidi
aquam. Qua finita incipitur antiphona Alleluia
alleluia alleluia. Psalmus Laudate pueri. Antiphona
Alleluia alleluia alleluia. Psalmus In exitu Israel.
Quibus dictis tres fratres cantant Alleluia
Epulemur. Sequitur versus Domine apud te
est fons vite. Collecta Concede quesumus
omnipotens deus ut qui. Redeundo ad
chorum cantatur Christus resurgens ex
mortuis iam non moritur mors illi
ultra non dominabitur quod enim vivit
vivit deo alleluia alleluia. Versus Dicant nunc
iudei quomodo milites custodientes
sepulchrum perdiderunt regem ad la-
pidis positionem quare non servabant
petram iustitie aut sepultum red-
dant aut resurgentem adorent
nobiscum dicentes Mors illi.
Versus In resurrectione tua Christe alleluia. Collecta
Deus qui nos annua resurrectio-
nis dominice sollempnia celebrare
concedis presta quesumus ut devotis ea
mentibus celebremus et per hec mereamur
veniam culparum adipisci mereamur.
Per eundem. Sequitur Benedicamus domino alleluia
alleluia alleluia. Sciendum quod per totam
septimanam pasche ad vesperas Deus
in adiutorium non dicitur sed tantum modo Ky-
rieleyson novem vicibus dicitur. Un-
de si aliquis vult dicere vesperas pro-
priam non visitando fontem tunc di-
cat omnes v psalmos videlicet Dixit
dominus cum ceteris psalmis et antiphonas per ordinem
supra signatis quibus dictis dicatur
gradale Hec dies cum versu eiusdem
diei similiter Alleluia cum versu eiusdem
eiusdem diei. Deinde sequitur antiphona super
magnificat. Collecta de die postea suffragium
de resurrectione Christus resur-
gens cum versu Dicant nunc iudei
Qui vult dicere visitando fontem
ille dicat eo modo sicut ipso die

pasce est signatum p̃t v̄su ꝯ̄dual'
Confitemini · pascuo dicat' v̄sus illius
diei et ꝯplet' Alla pascha nr̄m · ps q̄o
dicat' Alla Angelus dn̄i · vn9 v̄sus
i choro et alt' v̄sus Respondens
aut angelus · cetera fiant ꝯ alia ord'
more solito ꝯpleant' Ad ꝯple
torium Conuerte nos · et Deus i ad
iutorium · dicat' sine ps · an Alla all'
alla ps · Cum i uocarem · cu ceteris
cap' n' vni dicat' sicut admitt' dn̄i
tis an Alla Resurrexit dn̄s alla
sicut dixit nobis alla alla v̄s' 9
Dicite i nacionibus alla · Quia do
minus regnauit a ligno alla · Domin9
nobiscum Coll' Deus qui hodierna
die · ffia scda ad matut' · Inuita
Surrexit dn̄s ue alla · ps Venite
Antiph' Surrexit dn̄s alla sicut
dixit nobis alla · ps Cum i uocarem
Verba mea · Dn̄e ne i furore · v Sur
rexit dn̄s ue alla · Et apparuit symo
In illo t'p'e · dn̄o · sc'm lucam
ex discipulis ihu ibant i castel
lum quod erat i spacio stadiorum se
aginta nomine emaus · Et ipsi loq
bant' ad i uicē de hiis omnibus q
acciderant et ř · Gregorii pape
Quia cotidiana nob' sollempnita
te laborantib' ꝑpaucia loquenda s'
et fortasse vtilius nob' ꝓderit
qz et sepe alimenta que min9
sufficiunt auidius sumunt' · lectio
nis g° euangelice sensum statim
non p singula uba discutiēdo ne dilatio
nem ualeat sermo ꝓlixior exposi
tionis onerare · Cum · Maria magd
dalena et altera maria ibant dilu
culo ad monumentum ihm que que
ritis nō est hic surrexit sicut locu
tus est · Precedet vos i galileā ibi
eum uidebitis alla alla · v · Cito eu
tes dicite discipulis ei9 et petro
quia surrexit dn̄s · Precedet · lectio
Ecce audistis fr̄es karmi duobus
discipulis ambulantibus i uia nō
quidē credentib' · s; tm̄ de se loque
tibus dn̄s apparuit · s; eius speciem qua
eū cognoscerent nō ostendit · hoc
ergo egit dn̄s i oculis corporis
foris · quod apud semetipsos i
tus et amabant et dubitabant
eis aut dn̄s foris et presens adeat
et quis esset nō ostendebat · Cum · R'
Surgens ihc dn̄s · in · stans i
medio discipulorum suorum dixit
pax nob' alla · Gauisi sunt disci
puli viso dn̄o alla · v · Surrexit
dn̄s de sepulchro qui pro nob' pe
pendit i ligno · Gauisi sunt · lectio
Dedit ergo loquentibus pn̄ciā ei9
exhibuit · s; de se dubitantibus
ꝯgnicionis sue speciem abscondit
uerba quidem contulit dn̄icā
i tollens i increpauit · Q̄ stulte
parum mistica que dixero cant
apparuit · Et tamen · qz i cordi
bus peregrinus erat a fide ire

se longius finxit. fingere namque con-
ponere dicimus. Unde et nos compo-
sitores luti figulos vocamus. Nichil
enim simplex veritas per duplicitatem
fecit, sed talem se exhibuit eis in cor-
pore qualis apud illos erat in mente.
Probandi autem erant si hi qui eum et-
si necdum ut deum diligerent saltem
ut peregrinum amare potuissent. Sed
quia esse extranei a caritate non poterant
hi cum quibus veritas gradiebatur
eum ad hospitium quasi peregrinum vocant.
Cur autem dicimus vocant cum illic
scriptum sit et coegerunt illum. Ex quo
nimirum exemplo colligitur quia pere-
grini ad hospitium non solum invitandi
sunt sed etiam trahendi. Etc. R. Cons-
titutum michi omnes qui diligitis
dominum quia quem querebam apparuit michi
et inter flentem admonimentum vidi dominum
meum alleluia. V. Tulerunt dominum meum et
nescio ubi posuerunt eum si tu sustu-
listi eum dicito michi. Et in. Sequitur
Te deum laudamus. V. Surrexit dominus vere. In
laudibus sola antiphona Angelus domini ut
supra in die. Super totum officium, in hymno
antiphona supra, benedictus et collecta. Ad benedictus antiphona
Ihesus iunxit se discipulis suis in via
et ibat cum illis oculi eorum tenebantur
ne eum agnoscerent et increpabat eos
dicens o stulti et tardi corde ad cre-
dendum in hiis que locuti sunt prophete alleluia.
Deus qui sollempnitate paschali oratio
mundo remedia contulisti populum

tuum quesumus celesti dono prosequere ut et
perfectam libertatem consequi mereatur et
ad vitam proficiat sempiternam. Per dominum.
Ad primam et ad terciam et ad vj et ad ix
feria post heri pronotatum est fe-
riale dicitur Hec dies super psalmos sequitur — pslm. d. alla
alleluia quod est supra Angelus domini super
cantica et pre vesperis feria usque ad
diem sabbati. Ad vesperas versus Kyrie-
leyson. antiphona Alleluia ps. Dixit dominus. Can-
tus feriale Hec dies. V. Dicat nunc
Israhel quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius.
In illum. Alleluia. V. Nonne cor nostrum ar-
dens erat in nobis de Ihesu dum nobis
loqueretur in via. Ad magnificat antiphona Qui
sunt hii sermones quos confertis ad in-
vicem ambulantes in via et estis tris-
tes alleluia. Respondens unus cui nomen
Cleophas dixit ei tu solus pere-
grinus es in Ierusalem et non cognovisti que
facta sunt in illa hiis diebus alleluia. Qui-
bus ille dixit que? et dixerunt de
Ihesu Nazareno qui fuit vir propheta
potens in opere et sermone coram deo
et omni populo alleluia alleluia. Oratio Deus
qui sollempnitate. Eundo ad fontem
antiphona Vidi aquam. Antiphona et psalmus ut supra
alleluia. Responsorium V. Quoniam apud te
est fons vite alleluia. Et in nostris. Collecta
Deus per quem nobis et redempcio venit
et prestatur adopcio respice in opera
misericordie tue ut in Christo renatis et eterna
tribuatur hereditas et vera consequatur
libertas. Per dominum nostrum. In redditu

99 Christus resurgens ℣ Dicant nunc
℣ In resurrectione tua christe alleluia Oratio
Concede quesumus omnipotens deus ut festa
paschalia que venerando coli-
mus etiam vivendo teneamus per.
Completorium ut supra collecta de die
feria tercia ad matutinas Invitatorium
Surrexit dominus vere alleluia ps. Venite
An. pax vobis ego sum alleluia nolite
timere alleluia ps. Domine deus meus Domine
dominus noster In uno nocturno ps. Surrexit
dominus de sepulchro qui pro nobis pepen[dit]
In illo tempore stetit ihesus in Secundum
medio discipulorum suorum Lucam
et dixit pax vobis et reliqua. Bede
Gloriam sue resurrectionis dominus
et salvator noster paulatim discipu-
lis per incrementum temporis ostendit. Ex-
imiis tanta erat virtus miraculi
ut hanc repente tota capere fra-
gilia mortalium pectora non pos-
sent complectes igitur ipse in bene-
lati quemadmodum primo venientibus
ad monumentum et feminis pro a-
more ferventibus et viris revolu-
tum lapidem et ablato suo corpore
linteamina quibus involutum erat
sola posita monstravit. Tu R
Virtute magna reddebant a-
postoli testimonium resurrectionis
ihesu christi domini nostri alleluia alleluia ℣ In
omnem terram exivit sonus eorum et
in fines terre verba eorum. Tercia lectio
Dein anxie querentibus
feminis et dicto quod invenerant
mente consternatis angelorum visione
ostendit qui illum resurrexisse etiam
manifestatione patefecerunt. At sic
percurrente fama passim resurrec-
tionis tandem ipse dominus virtutum et rex
glorie apparens quanta potentia mor-
tem ad horam degustaverat de-
monstravit apparuit et quid est quam
ex ewangelice serie lectionis inve-
nimus quinquies ipsa die qua resur-
rexit visus est omnibus Tu R Tule-
runt dominum meum et nescio ubi posue-
runt eum ait illi angelus noli flere
maria surrexit sicut dixit precedet
vos in galilea ibi eum videbitis
alleluia alleluia ℣ Cito euntes dicite dis-
cipulis eius et petro quia surrexit
Primo marie // dominus apparuit Lc iiij
magdalene flenti ad monumen-
tum cui et desideranti pedes eius
amplecti responsum est noli me
tangere nondum enim ascendi ad patrem meum
Apparuit etiam duabus a monumento
currentibus nunciare discipulis que
ab angelis de ipsa eius resurrec-
tione didicerant de quibus scriptum est
quod accesserunt et tenuerunt pedes
et adoraverunt eum Tu R Expurgate
vetus fermentum ut sitis nova con-
spersio etenim pascha nostrum immola-
tus est christus Itaque epulemur in do-
mino alleluia ℣ Non in fermento malicie
et nequicie sed in azimis sinceritatis

et virtutis. Iterum. Seqm̄. Te deum laudamus.
V. In resurrectione tua xpe alla. Ad
laudes. Et ecce terremotus. Ad Bnd'. An.
Stetit ihesus in medio discipulorum suorum
et dixit eis pax vobis alla alla. Oro.
Deus qui ecclesiam tuam novo semper
fetu multiplicas concede famulis tuis
ut sacramentum vivendo teneant quod
fide perceperunt. Per. Ad horas ut prius. Ad
vesperas ut prius feriale. Hec dies.
V. Dicant nunc qui redempti sunt a domino
quos redemit de manu inimici et de
regionibus congregavit eos. Alla. An-
gelus domini descendit de celo et accedens
revolvit lapidem et sedebat super eum.
Ad magnificat an. Videte manus meas et
pedes meos quia ego ipse sum alla
alla. Oro. Deus qui ecclesiam tuam. V.
Domine apud te est fons vite alla. Oro.
Deus qui credentes in te fonte bap-
tismatis innovasti hanc renatis
concede custodiam ut nullo er-
roris incursu gratiam tue benedictionis
amittant. Per. In reditu ad fontes. Xpus
resurgens. V. In resurrectione tua.
Deus qui conspicis familiam. Coll.
tuam omni humana destitutam virtute
paschali interveniente festivitate
tui eam brachii protectione custodi. Per.
Feria quarta ad matutinum. Invitat.
Surrexit dominus vere alla. Ps. Venite.
An. Gavisi sunt discipuli alla viso
domino alla. Ps. Salvum me fac deus.
Domine. Dixit insipiens. In. V. Sur-
rexit dominus alla. Sicut dixit vobis alla.
In illo tempore Manifestavit. Secundum
seipsum iterum discipulis. Iohannem.
ad mare tyberiadis. Et reliqua.
Lectio sancti evangelii. Gregorii pape.
Hec lectio que in vestris auribus lecta est fratres
karissimi questione animum pulsat. Sed sua
pulsatione vim discretionis in-
dicat. Querere etenim potest cur
petrus qui piscator ante conversio-
nem fuit post conversionem ad piscati-
onem redijt. Et cum veritas dicat
Nemo mittens manum ad aratrum
et aspiciens retro aptus est in reg-
no dei. Tu. R. Ecce vicit leo de tri-
bu iuda radix david aperire librum
et solvere septem signacula eius alla
alla alla. V. Et unus de senioribus
dixit michi ne fleveris. Dignus
est agnus qui occisus est accipere
virtutem et fortitudinem. Aperire.
Cur repetijt quod reliquit. Lectio ij.
Sed si virtus discretionis aspi-
citur citius videtur quia nimirum negotium
quod ante conversionem sine peccato extitit
hoc etiam post conversionem repetere
culpa non fuit. Tu. R. Isti sunt ag-
ni novelli qui annunciaverunt alla
modo venerunt ad fontes. Repleti
sunt claritate alla alla. V. In omnem
terram exivit sonus eorum et in fines
orbis terre verba eorum. Repleti. Lectio iij.
Nam piscatorem petrum matheum
vero theloneariū scimus et post

conversione pia ad piscationem petrus
rediit Matheus non ad thelonei
negocium non resedit quia aliud est
victum piscatione querere aliud
thelonei lucris pecunias augere
sunt enim pleraque negocia que sine
peccatis exhibere aut vix aut nulla-
tenus possit Que ergo ad peccatum im-
plicant ad hec necesse est ut post
conversionem animus non recurrat Or
℟ De ore prudentis procedit mel
alla dulcedo mellis est sub lingua
eius alla favus distillans la-
bia eius alla alla ℣ Sapiencia dul-
cia faucibus meis eloquia tua
domine super mel et favum ori meo
favus ℟ In resurreccione tua xpe
Ad laud' et v' Erat autem Ad bnd' an
Mittite in dexteram navigii rethe
et invenietis alleluia Collecta
Deus qui nos resurreccionis
dominice annua sollempnitate leti-
ficas concede propicius ut per temporalia
festa que agimus pervenire ad gau-
dia eterna mereamur Per Ad ho-
ras ut supra Ad v's an et ps ut
supra Gradale Hec dies ℣ Dex-
tera domini fecit virtutem dextera domini
exaltavit me Alla Xpus resur-
gens ut supra Ad mag' Dixit ihesus
discipulis suis afferte de pisci-
bus quos prendidistis nunc As-
cendens autem symon petrus et
traxit rethe in terram plenum mag-

Ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur

nis piscibus alla Coll Deus qui
nos resurreccionis Ad fontem Domine
apud te est fons vite alla Coll
Concede quesumus omnipotens deus In reditu
Xpus resurgens ℟ In resurreccione
Quesumus omnipotens et misericors deus
ut resurreccionis dominice venera-
nda sollempnitas et tractatus nostros
compensat et vite remedium in nobis ope-
retur effectum Per eundem Completorium ut
supra Feria vi Ad matut' In vitat
Surrexit dominus vere alla ps Venite
An Resurrexit dominus alla ps Domine quis
Cetera consueta Exaudi domine ℣ Sur-
rexit dominus de sepulchro alla Evangelium
In illo tempore Maria Iohannem
stabat ad monumentum foris plo-
rans Dum ergo fleret inclinavit se et
prospexit in monumentum et vidit du-
os angelos sedentes in albis unum
ad caput et unum ad pedes ubi
positum fuerat corpus ihesu et reliqua Omelia
Maria magdalena Gregorii pape
fuerat in civitate peccatrix amando
veritatem lavit lacrimis maculas
criminis et vox veritatis impletur qua
dicitur dimissa sunt ei peccata multa quoniam
dilexit multum Tu ℟ Maria magd'
Que enim frigida peccando rema- Lc ii
serat postmodum amando fortiter
ardebat Nam postquam venit
ad monumentum ibique corpus do-
minicum non invenit sublatum cre-
didit atque discipulis nunciavit

Cum venientes viderunt atque ut
mulier dixerat esse crediderunt. Et de
eis quidem scriptum est. Abierunt autem
discipuli ad semetipsos. et ac deinde
subinfertur: Maria stabat ad monu
mentum. Evangelium. R. Surgens ihesus. Sermo. 99
Que inter pensandum est huius mu
lieris mentem. quanta vis amoris ac
cenderat. que a monumento domini eci
am discipulis recedentibus non rece
debat. Exquirebat quem non in
venerat. flebat inquirendo. et amo
ris sui igne accensa eius quem ab
latum credidit ardebat desiderio.
Unde contigit ut eum tunc sola videret
que remansit ut quereret. quia
nimirum virtus boni operis est perse
verancia. Et voce veritatis dicitur
Qui autem perseveraverit usque in finem
hic salvus erit. Evangelium. R. Congratulamini 100
michi. Ymnus. Te deum laudamus. V. In resurrec
tione tua xpe. Ad laudes. Psalmi dominicales.
Ad benedictus. Maria stabat ad monu
mentum plorans vidit duos an
gelos in albis sedentes et sudarium
quod fuerat super caput eius alleluia. Oratio
Deus qui diversitatem gentium in con
fessione tui nominis adunasti da
ut renatis fonte baptismatis
una sit fides mentium et pietas
actionum. per. Ad horas et ad vesperas ut supra.
Hec dies. V. Lapidem quem reproba
verunt edificantes hic factus est
in caput anguli. a domino factum est
istud et est mirabile in oculis nostris.
Alleluia. Pascha nostrum. ut supra. Ad magnificat.
Venit maria nuncians discipulis
quia vidi dominum. Collecta. Deus qui di
versitate. Eundo ad fontem ut supra. V.
Domine apud te est fons vite alleluia. Collecta.
Domine totius conditor nature fa
mulos tuos quos fonte baptis
matis innovasti quosque plenitu
dine gratie tue solidasti in adoptio
nis sorte facias dignanter ascribi. per.
Deus qui nobis. Collecta post redi
ad celebrandum paschale sacra
mentum uberiores animos prestitisti do
ce nos metuere quod irasceris et ama
re quod precipis. per. Completorium
ut supra. Feria secunda ad matutinum. Invitatorium
Surrexit dominus vere alleluia. Venite. Ymnus
Pax nobis. Psalmus. Celi enarrant. Exaudi
at te domine in virtute tua. V. Surrexit
dominus de sepulchro. Secundum matheum.
In illo tempore undecim discipuli
abierunt in galileam in montem
ubi constituerat illis ihesus. et reliqua.
Evangelica lectio fratres. Omelia Bede presbiteri.
fratrum quam modo audivimus et mag
num gaudio plena refulget qua
resurrectionem redemptoris nostri simul
et redemptionis nostre dona sermone
plano distribuit. Et si sciant eum
attentius perscrutari velimus ingenio
rem in littera fructum spiritualis sen
sus esse inditum comperimus. Evangelium. 101
R. Virtute magna reddebant. Sermo ii.

Alleluia. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam.

in gentibus quia dominus
regnavit a ligno

Sermo etenim aromatum inde quo
subtilius est conterendo ad certe
dum discutitur eo maiorem virtute
sue vincitis fragrantiam reddit
psalmum ita est et dulce ad audi
endum quamvis quod discipuli abierunt
in galileam in montem ubi constituerat
illis ihesus et videntes eum adora
verunt. Tu. R. 100 Tulerunt dominum. secundum
Sed non vacat a mysterio quod dominus
in galilea post resurrectionem vel
alias in monte discipulis apparuit. In
monte etenim apparuit ut significa
ret quod corpus quod de communi humani
generis terra nascendo susceperat
resurgendo iam super terrena omnia sub
levatum celesti virtute tenet. In mon
te apparuit ut amoneret fideles
si illic celsitudinem resurrectionis
eius cupiunt videre hic ab infimis
cupiditatibus ad superna sortis studeat
desideria transire. Tu. R. 100 Expurgate
vetus. Te deum laudamus. V. In resurrectione
Ad laudes a. 98 Respondens autem an
gelus. Ad bened. a. Undecim discipuli
in galilea videntes dominum adora
verunt alleluia. Col. O. Omnipotens sempiterne deus qui
paschale sacramentum in reconcilia
tionis humane federe contulisti da
mentibus nostris ut quod professio
ne celebramus imitemur effectu. Per.
Ad horas et ad vesperas ut supra. Hec dies.
hec dies. V. Benedictus qui venit
in nomine domini. Deus dominus et illuxit

nobis alleluia alleluia. V. Dicite in natio
nibus ut supra. Ad magnificat. Data est
mihi omnis potestas in celo et in terra alleluia
alleluia. Oratio. Omnipotens sempiterne deus
Eundo ad fontes. Domine apud te. Oratio
Concede quesumus omnipotens deus. V. In resur
rectione tua christe alleluia. Celum et terra. Col.
Deus qui nos exultantibus ani
mis pascha tuum celebrare
tribuisti fac nos quesumus et temporalibus
gaudere subsidiis et eternis profici
bus gratulari. Per dominum. Sabbato ad
matutinum. Surrexit dominus vere alleluia.
Venite. Ant. Gavisi sunt discipuli
alleluia. Ps. Dominus regnavit. Deum est ita
Indicavit. V. Surrexit dominus de sepulchro.
In illo tempore. Una sabbati. Secundum iohannem.
Maria magdalena venit mane ad
huc cum tenebre essent ad monumen
tum et vidit lapidem sublatum a
monumento et reliqua. O. b. gregorii pape.
Lectio sancti evangelii quam mo
do fratres audistis valde perspicue
historia est aperta sed eius nobis
sunt mysteria sub brevitate requirenda.
Maria magdalena cum adhuc
tenebre essent venit ad
monumentum. Tu. R. 101 Ecce vicit leo.
Iuxta historiam notatur. Secundum
hora iuxta vero intellectum mysti
cum requirentis signatur intelligentia.
Maria quippe auctorem omnium quem
carne viderat mortuum querebat
in monumento et quia minime invenit

firmam credidit. Adhuc ergo cum te-
nebre essent venit ad monumentum cu-
currerunt ergo ambo et mirantur dis-
cipuli. Ex. Ille scilicet preteris currens
qui plus amavit videlicet pe-
trus et iohannes. Ev. Ih. In illo tempore. Lect. i
Currebant autem duo simul. Ioha-
nes precucurrit et venit prior ad
monumentum et inclinato non introivit
venit ergo posterior petrus et intra-
vit. Et erat fratres quid cursus iste sig-
nificat. Et lon quidam hec subtilis
ewangeliste descriptio a misteriis
vacari credenda est. Numquam ne ergo
se iohannes precessisse et non intrasse diceret
si ipsa sua trepidatione misterium
defuisse credidisset. Quid ergo per iohannem
nisi synagoga quid per petrum nisi
ecclesia designatur. Nec mirum esse videatur
quod per iuniorem synagoga presignari
dicitur, nec etiam signari per seniorem quia
et si ad dei cultum prior est synagoga
que etiam gentium ad usum seculi prior
est multitudo gentium quam synagoga
paulo attestante qui ait: Quia non
prius quod spirituale est sed quod ani-
male. Ev. R. Deo. Sec. prudentis
Ymn. Te deum laudamus. V. In resurrectione
Ad laudes Angelus ant. dm. Ad
Benedictus an. Currebant duo simul et ille
alius discipulus precucurrit citius
petro et venit prior ad monumentum
Concede quesumus omnipotens deus ut qui festa Col.
paschalia venerando egimus

per hec contingere ad gaudia eterna
mereamur. Per. Ad primam ad iii ad vi
ad ix dicitur alleluia. V. Hec dies. Oro
de die. In octava pasche ad vesperas deus in adiutorium
an. Alleluia alleluia alleluia. ps. Dixit dominus. an.
Alleluia alleluia alleluia. ps. Exaltabo. an. Alleluia
alleluia alleluia. ps. Lauda anima. an. Alleluia
alleluia alleluia. ps. Laudate dominum. an. Alleluia
alleluia alleluia. ps. Lauda ierusalem. Cap.
Xpus resurgens ex mortuis ia-
m non moritur mors illi ultra non
dominabitur. Quod enim vivit, vivit
deo. R. Et ympnus sabbatis
dicitur usque ad ascensionem domini. R.
Cum transisset. Ymn. Chorus nove.
V. Mane nobiscum domine alleluia. Quoniam ad
vesperascit et inclinata est iam dies alleluia.
Ad Magnificat. Vespere autem sabbati. Oro. Deus
qui per unigenitum tuum. Et sic
vespere singulis sabbatis tenende
sunt usque ad ascensionem domini. Ad
completorium. Converte nos deus
et adiuva nos dicitur. ps. Cum invo-
carem. Ymn. Ihesu nostra redemptor.
Cap. Tu in nobis. Ad Nunc. Alleluia. Resurrexit
dominus alleluia sicut dixit vobis alleluia
alleluia. Alia modo solito finiantur. sb preces ...
Et sic completorium finiatur usque ad
ascensionem domini. Vespere quoque sicut
prenotatum est sabbatis diebus in-
fra ascensionem non mutantur. In
invitatorio an. et ps. V. R. et laudes
ut in die pasche qui etiam usque
ascensionem non mutantur. Sed
aoster

In illo tempore cum sero esset die illo una
sabbatorum et fores essent clause ubi
erant discipuli congregati propter metum
iudeorum venit ihesus et stetit in me
dio eorum et dixit eis pax vobis
Prima lectionis et reliqua. Omelia sancti gregorii pape
Huius evangelii questio animum pul
sat quomodo post resurrectionem corpus
dominicum verum fuit quod clausis ia
nuis ad discipulos ingredi potuit
Sed sciendum nobis est quod divina
operatione si ratione comprehenditur non
est admirabilis nec fides habet
meritum cui humana ratio prebet ex
perimentum. Tu autem. R. Angelus domini. Lectio ii.
Sed ipsa redemptoris nostri
opera que ex semetipsis comprehen
di nequaquam possunt ex alia eius
operatione pensanda sunt ut rebus
mirabilibus fidem prebeant facta
mirabiliora. Illud enim corpus
domini intravit ad discipulos
ianuis clausis quod videlicet ad
humanos oculos per nativitatem
suam clauso exiit utero virginis
Tu autem. R. Angelus domini. Lectio iii.
Quid ergo mirum si clausis ianu
is post resurrectionem suam in
eternum iam victurus intravit qui
moriturus veniens non aper
to utero virginis exiit. Sed
quia ad illud corpus quod vi
deri poterat fides intuentium
dubitabat ostendit eis pro
tinus manus et latus palpandam
carnem prebuit quam clausis ianu
is introduxit. Tu autem. R. Cum transisset
V. Te deum laudamus. V. In resurrectione [dicite in laudibus]
Laudes. Angelus domini. Ant. Cap.
Omne quod natum est ex deo vin
cit mundum et hec est victoria que
vincit mundum fides nostra. Deo gratias. R.
In resurrectione tua christe alleluia. Ad benedictus.
Cum esset sero die illa una
sabbatorum et fores essent clause
ubi erant discipuli congregati ste
tit ihesus in medio eorum et dixit
pax vobis alleluia alleluia. Collecta.
Presta quesumus omnipotens deus ut qui festa pas
chalia peregimus hec te largi
ente moribus et vita teneamus. Per.
Ad benedictus. Ant. Et valde mane una sab
batorum resurrexit dominus. Coll. Deus qui
per unigenitum. Ad primam. Ymnus. Iam lu
cis orto. Ant. Surgens ihesus
mane prima sabbati apparuit primo
marie magdalene de qua eie
cerat septem demonia alleluia
Ps. Deus in nomine. cum ceteris. Nota quod ab
hinc dicitur Confitemini singulis di
ebus dominicis usque ad LXX. Capitulum
Domine miserere. R. Christe fili dei
vivi miserere nobis alleluia alleluia
V. Qui surrexisti a mortuis. et cetera.
Preces et collecta dominicalis ut solito.
Ad tertiam. Ant. Et dicebant ad invicem
quis revolvet nobis lapidem
ab ostio monumenti alleluia alleluia

p Regem pone michi Cap[itu]l[u]m
Fratres expurgate vetus fermentum
ut sitis nova conspersio sicut estis azi-
mi etenim pascha nostrum ymolatus
est xpistus Deo gracias R Resurrexit dominus alleluia
alleluia V Sicut dixit vobis alleluia alleluia
V Surrexit dominus vere alleluia Coll Deus
qui primogenitum Ordo aspersionis
et processionis fiat sicut in die pasche
qui similis est usque ad ascensio-
nem domini in claustro ad vi an Et
respicientes viderunt revolutum
lapidem erat quippe magnus val-
de alleluia ps Defecit in salutare Capitulum
Itaque epulemur non in fermento ve-
teri neque in fermento malicie et nequi-
cie sed in azimis sinceritatis et veri-
tatis Deo gracias R Surrexit dominus vere alleluia
alleluia V Et apparuit symoni V Surr-
rexit dominus de sepulchro alleluia
Coll ut supra Ad ve an In gali-
lea ihesum videbitis sicut dixit
vobis alleluia ps eat hr inabi bia [?] Cap
Cristus resurgens ex mortuis 103
R Surrexit dominus de sepulchro
alleluia alleluia V Qui pro nobis pepen-
dit in ligno V In resurrectione
tua xpiste alleluia Coll Deus qui 98
primogenitum Nota quod hic duo
versus Quesumus auctor omnium et
Gloria tibi domine qui surrexisti Ad completorium
omnibus diebus ad hoc usque ad
ascensionem domini In festis vero cum
ps ut in die pasche Capitulum

Omnis est qui vincit mundum nisi
qui credit quoniam ihesus est filius dei
hic est qui venit per aquam et sanguinem
ihesus xpistus Deo gracias R Angelus domini loco ge/
Hymnus Ad cenam agni providi V Mane
nobiscum domine alleluia Cum ad vesperas
Ad magnificat Post dies octo ianuis
clausis ingressus dominus et dixit eis
pax vobis alleluia alleluia Coll Presta quesumus
o d Ad dirig [?] Xpistus resurgens 99
V Dicant nunc iudei V In resurrec-
tione tua xpiste alleluia Coll Deus qui 98
primogenitum Completorium ut supra
Nota omnibus diebus dominicis di-
citur cap dominicale Nota etiam
si festivitas alicuius sancti officium
plenum habentis evenerit a die
palmarum usque ad diem pasche
aut die palmarum vel die [?]
peragatur Si vero a die pasche
usque ad octavas evenerit post octavas
pasche peragatur nulla mencio fit
de festis a die palmarum usque ad
octavas pasche Sciendum quod si fes-
tivitas sancti marci die pasche
vel alio die usque ad octavas in
[?] evenerit nulla mencio de
ipso fiat sed post octavas in toto
officio suo et ieiunio transponatur
Sed si occurrit in aliis septimane
feriis festum quidem plenarie
agatur et etiam ieiunetur Postquam
autem dictum est ipsa die missa
presbiter et diaconus accipiant [?]

in festis semid' inchoat Ex-
urge dne ps Et auribus intinctu fiat
aqua benedicta aspergitur sibi tres
precedente prioribus et collat' incipit
cantor an Surgite sancti de
cubilibus que i libris consuetudinariis
continetur processio ad processionem
cum ce Primis et signum afferenti
bus cum cantu ad locum suum cantor
cantet an vel Resp de festis et
ibi medio ad sic tenebis et collat de
dominica alia collecta cum processione fle
xione deinde de missa incipit Ex-
audiuit qua finita inchoat
feretrum Regina celi a redem-
do cantat usque in medio ecclesie
et ea finita incipit ad introitum
chori Christus resurgens cum v et coll de om
nibus sanctis Infra ebdomada post
octavas pasche ad matutinum
Invitat Alla alla alla Ps Alla
alla alla Ps Domine illuminatio Exal-
tabo te clamabo
domine Domine v Resurrexit Lc j
Apokalipsis ihesu cristi quam dedit
illi deus palam facere servis suis que
oportet fieri cito et significavit mit-
tens per angelum suum servo suo
Iohanni qui testimonium perhibuit verbo
dei et testimonium ihesu cristi quecumque vi
dit Beatus qui legit et qui audit
verba prophetie huius et servat ea que
in ea scripta sunt tempus enim prope est
Tu R Dignus es domine accipere li
brum et aperire signacula eius quoniam
occisus es et redemisti nos deo
In sanguine tuo alla v Parce domine par
ce populo tuo quem redemisti xpe
Iohannes septem ecclesiis que Lc ij
sunt in asia gratia nobis et pax ab eo
qui est et qui erat et qui venturus
est et a septem spiritibus qui in con
spectu throni eius sunt et a ihesu xpo
qui est testis fidelis primogeni
tus mortuorum et princeps regum
terre qui dilexit nos et lavit nos
a peccatis nostris in sanguine suo et fe
cit nos regnum et sacerdotes deo
patri suo ipsi gloria et imperium in secula
seculorum amen amen R Ego sicut
vitis fructificavi suavitatem
odoris alla Transite ad me omnes
qui concupiscitis me et a generati
onibus meis adimplemini alla all
v Ego diligentes me diligo et qui
mane vigilaverint ad me in ve-
Ecce venit invenient me Lc iij
cum nubibus celi videbit eum omnis
oculus et qui eum pupugerunt et
plangent se super eum omnes tribus
terre etiam amen Ego sum alpha et o
principium et finis dicit dominus deus
qui est et qui erat et qui venturus
est omnipotens Ego iohannes frater vester
et particeps in tribulacione et regno
et paciencia in xpo ihesu fui in insu
la que appellatur pathmos propter ver
bum dei et testimonium ihesu Tu R Au
divi vocem de celo tamquam vocem toni

¶ Ad invitatorium et ad ps matutini et ad laud. usque
ad psalmos terce dicitur per totum tempus alla. et cetera

tuum magni alla regnabit deus in
eternum alla Omnia sua est salus et
virtus et potestas xpi eius alla alla V
Vidi angelum dei fortem volantem per me
dium celi voce magna clamantem et di
centem Omnia Hym Te deum laud V
Surrexit dominus vere alla Ad laud an
Alla alla alla ps Dominus regnavit
Ego sum alpha et o primus et no Cap
vissimus fui mortuus et ecce sum
vivens in secula seculorum et habeo cla
ves mortis et inferni Ad [illegible]
Xpus resurrexit a mortuis primi
cie dormiencium quia quidem per homi
nem mors et per hominem resurrec
cio mortuorum Ad V In resurreccione
tua xpe alla Ad bndcm an Thomas
qui dicitur didimus non erat cum eis cum
venit ihesus dixerunt alii discipuli
vidimus dominum alla Col Presta quesumus
omnipotens deus Ad vesp de resurreccione an
Surrexit xpus et illuxit populo
suo quem redemit sanguine suo al
V Surrexit dominus de sepulcro alla
Solita nos quesumus domine pietate tua
custodi ut qui unigeniti filii
tui passione sumus redempti
eius congaudeamus resurreccione
Per eundem Ad compl col Solita nos
In matutinis semper dicitur pro suffragio
de resurreccione quando non est fes
tum ix lectionum Ista nota collecta
101
Deus qui nos resurreccionis
dominice annua dominica in festis ix

lectionum in iii matutinis et in vis
pro suffragio exceptis diebus domini
cis usque ad assumpcionem domini
Ad non iii [?] capitulum de dominica laud
in matutinis semper dicitur sed feria
secunda sine de festis usque ad festum
sancte trinitatis Ad vesp de domina an
Alla pia dei genitrix alla inter
cede pro nobis alla alla V Post partum
Coll Porrige nobis De sancto iohanne an
En puer [?] V Fuit homo missus Et patrono
Col Beatus iohannes baptista Ad vesp [?]
an et colla et de omnibus sanctis
Fulgebunt iusti sicut sol in reg
no patris eorum alla V Gaudete
iusti in domino alla [?] deus col
Confirma domine [?] laudacio Coll alla
rantes iuste et efficere voluntates
tuas in nobis ut clarificari gloria
resurreccionis filii tui domini nostri ihesu
xpi mereamur [?] in
omnibus [?] per eundem Ad prim an
108
Unigenite ihesu ps Deus in nomine
In terciis Ad iii an Et dicebant 108
ad invicem ps Legem pone in Ferialibus
diebus ista capitula dicuntur
ad horas usque ad predictum tempus
Ihesus xpus traditus est propter
delicta nostra et resurrexit propter
iustificacionem nostram Ad V Resur
rexit dominus alla Ad sext V Surrex [illegible]
dominus vere alla Ad vi an Et respi 108
cientes viderunt ps Defecit Cap
Deus suscitavit ihesum a mortuis

et reddidit illi gloriam suam ut fides et
spes nostra esset in deo. Deo. R. Surrexit
dominus vere alleluia. V. Surrexit dominus de se-
Ad nonam. In galilea ihesum. Cap.
Xpistus semel pro peccatis nostris mortuus
est iustus pro iniustis ut nos offer-
ret deo mortificatos quidem carne vi-
vificatos autem spiritu. Deo. R. Surrexit
dominus de sepulcro. V. In resurrectione
tua xpiste alleluia. Collecta ut supra. In
secundis vesperis de die. Alleluia. Similiter
fiunt cum prima et sola, sic semper
tenetur usque ad festum penthecostes.
Deus suscitavit ihesum tercia. Capitulum
die et dedit eum manifestum fieri non
omni populo sed testibus preordinatis
a deo. Deo. Hymnus. V. ut supra. Ad magnificat
an. Mitte manum tuam et cognosce
loca clavorum alleluia et noli esse in-
credulus sed fidelis alleluia alleluia. Coll.
dominicalis. Ad completorium an. de resurreccione
Surrexit dominus de sepulchro qui
pro nobis pependit in ligno alleluia. V. Sur-
rexit dominus vere alleluia. Coll. Deus qui nos
resurreccionis. Ad cor. dictam. Alleluia. Sancta
dei genitrix. Coll. Concede nos famulos.
De sancto iohanne. Inter natos. V. Fuit homo.
Coll. Ecclesiam tuam quesumus o domine ut supra. Pro pace et de
omnibus sanctis. In celestibus regnis. V. Gau-
dete iusti in domino. Coll. Conserva domine.
Alio quod supradictus ordo tenendus est
ad horas usque ad ascensionem domini
nisi aliquod festum vel festa
in tempore que evenit an. de festo

cum collecta premittitur. Sed de resur-
reccione tamen dicitur an. cum collecta. Com-
pletorium ut supra. Feria ii. Invi-
tatorium. Alleluia alleluia alleluia. Ps. Dixi
custodiam vias cum duobus sequen-
tibus. V. Surrexit dominus vere alleluia.
Fui in spiritu in dominica die et audivi. Lectio prima.
post me vocem magnam tam-
quam tube dicentis. Quod vides scribe
in libro et mitte septem ecclesiis que sunt
in asia, ephesi et smirne et pergamo
et thiatire et sardis et philadel-
phie et laodicie. Et conversus sum ut
viderem vocem que loquebatur mecum.
Tu. R. Locutus est ad me unus de
septem angelis dicens veni ostendam
tibi novam nuptam sponsam agni.
Et vidi ierusalem descendentem de celo
ornatam monilibus suis alleluia alleluia
alleluia. V. Ego diligentes me dili-
go et qui mane vigilant ad
me invenient me. Et vidi. Lectio ii.
Et conversus vidi septem candelabra
aurea et in medio septem can-
delabrorum aureorum similem fi-
lio hominis vestitum podere. Et
precinctum ad mamillas zona au-
rea. Caput autem eius et capilli can-
didi tamquam lana alba et tamquam
nix. Et oculi eius velut flamma
ignis. Et pedes eius similes
auricalco sicut in camino ar-
denti et vox eius tamquam vox aquarum
multarum. Tu. R. Audivi vocem

celo angelorum multorum dicencium. Ti-
mete dominum et date illi claritatem et
adorate eum qui fecit celum et terram ma-
re et fontes aquarum alleluia alleluia
V. Vidi angelum dei fortem volantem
per medium celi voce magna cla-
mantem et dicentem Timete. l. iii
Et habebat in dextera sua stellas
vii. et de ore eius gladius ex
utraque parte acutus. et exiebat et
facies sicut sol cum lucet in virtu-
te sua. Et cum vidissem eum cecidi
ad pedes eius tamquam mortuus
et posuit dexteram suam super me dicens
noli timere. Ego sum primus et novis-
simus et fui mortuus et ecce sum
vivens in secula seculorum et habeo cla-
ves mortis et inferni. Tu. R. Decan-
tabat populus in israel alleluia et univer-
sa multitudo iacob canebat legi-
time. Et david cum cantoribus
cytharam percuciebat in domo domini
et laudes deo canebant alleluia alleluia
V. Moyses et aaron in sacerdoti-
bus eius et samuel inter eos. Et
david. Alia oratio ut supra. Ad benedictus
Mitti digitos meos in fixuram cla-
vorum et manum meam in latus
eius et dixi dominus meus et deus meus al.
Alia ut supra. Ad vesperas antiphona Alleluia alleluia
alleluia alleluia. Ps. Letatus sum. Oratio re-
tus conpetens. Cap. vir q. V. ut supra
Ad magnificat antiphona. Quia vidisti me
thoma credidisti beati qui non vi-
derunt et crediderunt alleluia. Oratio ut
supra. Feria iii. Invitatorium ut
supra. Antiphona Alleluia. Ps. Dixit insipiens
V. Surrexit dominus de sepulchro alleluia
Scribe ergo que vidisti et que. l. i
sunt et que oportet fieri post hec.
Sacramentum vii stellarum quas vi-
disti in dextera mea. et septem can-
delabra aurea. et septem stelle
septem angeli sunt septem ecclesiarum. et can-
delabra septem. septem ecclesie sunt.
Et angelo ecclesie ephesi scribe. Hec
dicit qui tenet vii stellas in
dextera sua. qui ambulat in me-
dio vii candelabrorum aureorum.
Tu. R. Vidi portam civitatis ad
orientem positam et apostolorum nomina
et agni super eam scripta. Et super mu-
ros eius angelorum custodiam alleluia.
V. Vidi civitatem sanctam ierusalem descen-
dentem de celo ornatam tamquam spon-
sam viro suo. Et super. l. ii
Scio opera tua et laborem et pa-
cienciam tuam. et quia non potes sus-
tinere malos et temptasti eos qui
se dicunt apostolos esse et non sunt. et
invenisti eos mendaces. et pacienci-
am habes. et sustinuisti propter nomen
meum et non defecisti. Sed habeo ad-
versum te pauca quod caritatem tuam
primam reliquisti. Tu. R. Ostendit
michi angelus fontem aque vi-
ve et dixit ad me alleluia. Hic de-
um adora alleluia alleluia alleluia. V.

Vidi angl'm dei fortem vola lc iiij
Memor esto un(de) excideris
et age p(e)niam et p(ri)ma opa fac Sin
aut(em) venio tibi et movebo can
delabr(um) tuu(m) de loco suo nisi pe
nitenciam egeris Sz hoc habes
bonu(m) quia odisti f(a)c(t)a nicolaitar(um)
que et ego odi Qui h(abe)t aures
audiat quid sp(iritu)s dicat eccl(es)ijs
Vincenti dabo ed(er)e de ligno vi
te q(uod) est in p(ar)adiso dei mei Tu R
Vidi c(ivitatem) s(an)c(t)am descendentem de celo
ornatam auro mundo et lapidi
bus p(re)ciosis intextam all(eluy)a all(eluy)a
V Ab intus in fimbrijs aureis
circu(m)amicta varietate Et lapi
Hy(m)n(us) Te d(eu)m laud(amus) V Resurrex(it)
d(omi)n(u)s Ad b(e)n(e)d(ictus) an(tiphona) Multa quidem
et alia signa fecit ih(es)us i(n) con
sp(ect)u disciplulor(um) suor(um) all(eluy)a q(ue)
no(n) s(cri)pta sunt i(n) libro hoc all(eluy)a
Ad m(a)g(nificat) Hec aut(em) s(cri)pta sunt ut
credatis q(uia) x(riste)us est filius dei
et ut credentes vita(m) habeatis
i(n) no(m)i(n)e ei(us) all(eluy)a Alia om(ni)a ut
sup(ra) / f(eri)a q(ua)rta ad matut(inum) In
vitator(iu)m Alleluya ut sup(ra) cu(m)
all(eluy)a all(eluy)a all(eluy)a ps Psalm(us) Me
fac deus in adiutor(iu)m In te
d(omi)ne V Resurrex(it) d(omi)n(u)s lc p(rim)a
Et angelo smirne eccl(es)ie scribe
hec dicit primus et novissimus
qui fuit mortuus et vixit Scio
tribulacionem tuam et paupertatem

tuam Sed dives es et blasphema
ris ab hijs qui dicunt iudeos se
esse et no(n) s(un)t Sed sunt synagoga satha
ne nichil hor(um) timeas que pas
surus es Tu R In dyademate ca
pitis aaron lapides p(re)ciosi ful
gebunt Sculpti opere dei all(eluy)a
all(eluy)a all(eluy)a V Corona aurea sup(er)
caput eius expressa signo sanct(itatis)
Ecce missurus est //titatis lc ij
dyabolus ex vobis i(n) carcere(m) ut
temptemini et habebitis tribula
cione(m) diebus decem Esto fidelis
usq(ue) ad mortem et dabo tibi corona(m)
vite Qui habet aures audi
endi audiat quid sp(iritu)s dicat
eccl(es)ijs Qui vicerit no(n) ledet(ur)
a morte sc(cun)da Et angelo p(er)gami
eccl(es)ie scribe hec d(icit) qui habet ro(m)phe
am ex utraq(ue) p(ar)te acuta Tu R
Implete me in lu(m)i(n)e sternet(ur) auro
mundo all(eluy)a Et cantabit(ur) inte can
ticu(m) leticie all(eluy)a et p(er) o(mn)es vias
eius ab omnibus dicet(ur) all(eluy)a all(eluy)a
V Cu(m) confortaverit seras portar(um) tu
ar(um) benedixit filijs tuis in te lc iij
Scio ubi habitas ubi sedes est sa
thane et tenes nomen meu(m) et no(n)
negasti fidem mea(m) in dieb(us) an
tiphas testis meus fidelis qui
occisus est apud vos ubi satha
nas habitat Sz habeo adu(er)sum te pau
ca q(uia) habes illic tenentes doctrina(m)
balaam qui docebat balach mitte

ad v(espera)s all(eluy)a q(ua)rt(a)e
p(s). n(isi) d(omi)n(u)s f(eri)a

scandalum coram filiis israel. edere et for
nicari. Ctr. R. Veniens a libano
quam pulchra facta es alleluia. Et odor
vestimentorum tuorum super omnia aroma
ta alleluia alleluia. V. Speciosa facta es
et suavis in deliciis tuis. Et odor.
Ymnus Te deum laudamus. V. Surrexit
dominus. Ad laudes ut supra. Ymnus Impleta sunt que
Ad Benedictus antiphona Thomas qui dicitur Didimus. Oratio
et alia oratio ut supra. In vesperis antiphona
Alleluia alleluia alleluia. Psalmus Memento domine David
cum ceteris. Ad magnificat antiphona Mitte manum
tuam. Oratio et alia oratio ut supra. Fe
ria sexta. Invitatorium Alleluia ter
Antiphona Alleluia alleluia alleluia. Psalmus Exultate
deus stetit. Ad quis similis. V. Sur
rexit dominus vere alleluia. Cetera ut supra. Lectio i.
Ita habes et tu tenentes doctrinam
nicolaitarum. Similiter penitentiam age.
Si quo minus veniam tibi cito et pug
nabo cum illis in gladio oris mei.
Qui habet aures audiendi au
diat quid spiritus dicat ecclesiis. Vin
centi dabo manna. Et dabo illi
calculum candidum. Et in calculo
nomen meum novum scriptum quod
nemo scit nisi qui accipit. Ctr. R.
Hec est ierusalem civitas magna
celestis ornata tamquam sponsa
agni quoniam tabernaculum facta est
alleluia. V. Vidi civitatem sanctam ierusalem
Et angelo ecclesie thiatire Lectio ii
scribe. Hec dicit filius dei qui
habet oculos tamquam flammam ignis

et pedes eius similes auricalco.
Novi opera tua et fidem et caritatem
et ministerium et patientiam tuam et opera tua
novissima prioribus. Sed habeo
adversum te pauca. Quia permittis mulie
rem iezabel que se dicit propheten
docere et seducere servos meos forni
cari et manducare de ydolotitis. Et
dedi illi tempus ut penitentiam ageret
et non vult penitere a fornicatione
sua. Ctr. R. Docete filios vestros al
leluia ut memoriter teneant alleluia
Et ore decantent alleluia. V. Filii qui
nascentur et exsurgent et enar
rabunt ea filiis suis. Et ore. Lectio iii
Ecce mitto eam in lectum et qui
mechantur cum ea in tribulationem
maximam nisi penitentiam egerint
ab operibus suis. Et filios eius inter
ficiam in morte et scient omnes ec
clesie quia ego sum scrutans cor
da et renes et dabo unicuique
vestrum secundum opera vestra. Vobis autem di
co ceteris qui thiatire estis.
Quicumque non habet doctrinam hanc
qui non cognoverunt altitudinem
sathane quemadmodum dicunt
non mittam super vos aliud pon
dus. Ctr. R. Candidi facti sunt na
zarei eius alleluia splendorem deo
dederunt alleluia. Et sicut lac coa
gulati sunt alleluia alleluia. V. In omnem
terram exivit sonus eorum. Et sicut.
Ymnus Te deum laudamus. V. Surrexit dominus
de sepulchro

Ad vesperas alla. ca.

octava suffragium ut ultima die post

Ad laudes an. ut supra. V. Insur-
rectione tua xpe alla. Ad ben. an. [illegible]
digitos meos. Oro ut supra et alia
omnia. Ad magnif. an. Quia vidisti
me. Ad di. de beata virgine an. Regi-
na celi letare. Et nunc tenenda sunt sin-
gulis sextis feriis pro suffragiis et
vesperis de beata virgine usque ad fes-
tum penthecosten. Sabbato. Invi-
tatorium ut supra. An. Alla alla alla.
Ps. Cantate dno. Regnavit. Mi-
sericordia et iudicium. Hym. Rex xpe. Dne.

alla fra de

Tamen id quod habe. de ap. Lect.
tis tenete donec veniam. Et qui
vicerit et custodierit usque in finem
opera mea, dabo illi potestatem super gen-
tes. Et reget eos in virga ferrea et tamquam
vas figuli confringentur. Sicut et
ego accepi a patre meo et dabo illi
stellam matutinam. Qui habet au-
res audiendi audiat quid spiritus
dicat ecclesiis. Tu. R. [illegible]
Et angelo ecclesie Sardis scribe. Lect.
Hec dicit qui habet septem spiritus dei
et septem stellas. Scio opera tua, quia
nomen habes quod vivas et mortuus
es. Esto vigilans et confirma cetera
que moritura erant. Non enim
invenio opera tua plena coram
deo meo. In mente ergo habe qualiter
acceperis et audieris et serva
et age penitentiam. Tu. R. Placatur.
Si ergo non vigilaveris veniam. Lect. iii.
Sicut fur et nescies qua hora ve-
niam ad te. Sed habes pauca no-
mina in Sardis qui non inquinaverunt ves-
timenta sua et ambulabunt mecum in al-
bis quia digni sunt. Qui vicerit
sic vestietur vestimentis albis et
non delebo nomen eius de libro
vite et confitebor nomen eius co-
ram patre meo et coram angelis
meis. Tu. R. Veniens a lybano.
Alia omnia ut supra. Ad ben. an.
Multa quidem. Coll. et alia om-
nia ut supra. Dominica secunda. Ad vesperas
an. Alla. ps. Dixit dominus cum ceteris. Cap.
Xpistus resurgens. R. Cum transisset
sabbatum. Hym. Chorus nove. V.
Mane nobiscum dne. Ad magnif. an.
Vespere autem sabbati. Coll. Deus qui
per unigenitum. Ad matut. Invi-
tatorium an. et ps. et V. et R. ut
in precedenti dominica. Sec. Iohem.
In illo tempore dixit Iesus phariseis:
Ego sum pastor bonus. Et re. Greg.
Audistis fratres karissimi ex lectione pape
evangelica eruditionem vestram. Audistis
ex lectione evangelica periculum vestrum. Ecce
enim is qui non ex accidenti dono
sed essentialiter bonus est dicit: Ego
sum pastor bonus. Atque eiusdem
bonitatis formam quam imitemur
adiungit dicens: Bonus pastor animam
suam ponit pro ovibus suis. Tu. R.
Angelus domini locutus est. Lect. ii.
Fecit quod monuit, ostendit quod
iussit. Bonus pastor animam suam

ponit pro ovibus suis · ut in sacramen-
to nostri corporis sui et sanguinis
teret et oves quas redimeret carnis
sui alimento satiaret. Ostensa est ergo
nobis de contemptu mortis via quam
sequamur apposita forma cui imprima-
mur. Tu autem. R. Angelus domini. Lectio iii.

Primum nobis est exteriora nostra miseri-
corditer impendere ovibus eius postre-
mum vero si necesse sit etiam mortem
nostram pro eisdem ovibus ministrare. Ab hoc
autem primo minimo pervenitur ad postremum
maius. Sed cum incomparabiliter lon-
ge sit melior anima qua vivimus terre-
na substantia quam exterius possidemus
qui non dat pro ovibus substantiam suam
quando pro his daturus est animam suam.
Tu autem. R. Cum transisset sabbatum. V. Et valde
mane. V. Surrexit dominus vere. Ad
laudes. Angelus autem domini. Capitulum.

Christus passus est pro nobis nobis
relinquens exemplum ut sequamini
vestigia eius qui peccatum non fecit nec
inventus est dolus in ore eius. Deo gratias.
Ymnus. In resurrectione tua Christe. Ad Benedictus.
Ego sum pastor bonus alleluia qui
pasco oves meas alleluia. Collecta.

Deus qui in filii tui humilitate
iacentem mundum erexisti fidelibus
tuis perpetuam concede leticiam ut quos
perpetue mortis eripuisti casibus
gaudiis facias perfrui sempi-
ternis. Per eundem. Ad horas. Et in alia dominica.
V. Surrexit dominus de sepulchro. Collecta. Deus

qui per unigenitum. Hore tenentur ut
supra. In secundis vesperis antiphona et psalmi
ut supra. Capitulum. Eratis enim sicut
oves errantes sed conversi
estis nunc ad pastorem et episcopum anima-
rum vestrarum. Deo gratias. Ymnus et versus ut
supra. Ad Magnificat antiphona Pastor bonus
animam suam posuit pro ovibus suis. Collecta.
Deus qui in filii. Feria secunda. Christus
resurgens. V. In resurrectione. Collecta.
Deus qui per unigenitum. Comple-
torium ut supra. Feria quarta. Invitatorium
Alleluia alleluia alleluia. Psalmus Venite. Antiphona Alleluia.
Psalmus Exaltabo te domine. Psalmus Dominus regnavit.
V. Resurrexit dominus alleluia. Lectio prima.

Et angelo philadelphie ecclesie scribe.
Hec dicit sanctus et verus qui
habet clavem david qui aperit et nemo
claudit claudit et nemo aperit. Scio
opera tua. Ecce dedi coram te hostium
apertum quod nemo potest claudere quia modi-
cam habes virtutem et servasti verbum me-
um et non negasti nomen meum. Tu autem.
R. Dignus es domine accipere. Lectio ii.

Ecce dabo tibi de synagoga satha-
ne qui dicunt se iudeos esse et non
sunt sed mentiuntur. Ecce faciam illos ut
veniant et adorent ante pedes tu-
os et scient quia ego dilexi te quoniam
servasti verbum patientie mee. Et ego ser-
vabo te ab hora temptationis
que ventura est in orbem uni-
versum temptare habitantes in terra.
Tu autem. R. Ego sum vitis fructifera. Lectio iii.

Ecce venio cito tene quod habes
ut nemo accipiat coronam tuam. Qui
vicerit faciam illum columpnam in templo
dei mei et foras non egredietur
amplius et scribam super eum nomen
dei mei et nomen civitatis dei mei
nove ierusalem que descendit de celo
a deo meo et nomen meum novum.
Qui habet aures audiendi au
diat quid spiritus dicat ecclesiis. Tu autem.
108
R. Audivi vocem. Alia oratio ut supra.
Ad benedictus an. Mercenarius est
cuius non sunt oves proprie videt lu
pum venientem et dimittit oves et
fugit et lupus rapit et dispergit
oves. Coll. et commemorationes ut supra.
Ad magnificat an. Lupus rapit et dis
pergit oves mercenarius fugit quia
mercenarius est cui non sunt oves
proprie alleluia. Feria ii. Invitatorium ut supra.
An. Alleluia. Ps. [illegible]
omnibus [illegible]. V. Surrexit dominus vere.
Et angelo laodicie ecclesie scribe. Lectio prima.
Hec dicit amen testis fidelis et ve
rus qui est principium creature dei.
Scio opera tua quia neque frigidus
es neque calidus. Utinam frigidus
esses aut calidus. Sed quia tepi
dus es et nec frigidus nec calidus
incipiam te evomere ex ore meo. Tu autem.
107
R. Locutus est ad me unus. Lectio ii.
Quia dicis quod dives sum et lo
cupletatus et nullius egeo et nescis
quia tu es miser et miserabilis
et pauper et cecus et nudus. Sua
deo tibi emere aurum ignitum probatum
et locuples fias et ut vestimentis
albis induaris et non appareat
confusio nuditatis tue et colli
rio unge oculos tuos ut videas.
Tu autem. R. Audivi vocem. Lectio iii.
Emulare ergo et penitentiam age. Ecce ego
sto ad hostium et pulso. Si quis
audierit vocem meam et aperue
rit ianuam intrabo ad illum et cena
bo cum illo et ipse mecum. Qui vi
cerit dabo illi sedere mecum in thro
no meo sicut et ego vici et sedi
cum patre meo in throno eius. Qui
habet aures audiendi audiat
quid spiritus dicat ecclesiis. Tu autem. R. De
106
cantabat populus laudem. Ymnus. De
[illegible] laud. V. Surrexit dominus de sepulchro.
Alia oratio ut supra. Ad benedictus. Ego sum
pastor bonus qui pasco oves
meas et pro ovibus meis pono animam
meam alleluia. Coll. et alia oratio ut
supra. Ad magnificat an. Ego sum pastor
ovium ego sum via et veritas ego
sum pastor bonus et cognosco meas
et cognoscunt me mee alleluia alleluia.
Coll. dominicalis cum commemorationibus ut
supra. Feria iii. Invitatorium. Alleluia.
An. Alleluia. Ps. Miserere mei deus miserere
mei. Qui [illegible]. Eripe me de inimicis
meis. V. Surrexit dominus. Lectio prima.
Post hec vidi et ecce ostium aper
tum in celo et vox prima tamquam tube

meum dicens Ascende huc et oste-
dam tibi que oportet fieri post hec.
Statim fui in spiritu. et ecce sedes po-
sita erat in celo. Et supra sedem sedens
et qui sedebat similis erat aspec-
tui lapidis iaspidis et sardinis.
Tu autem. R. Vidi portam civitatis. Lectio ii.
Et iris erat in circuitu sedis similis
visioni smaragdine. Et in circuitu
sedis sedilia xxiiii^or et super thro-
nos xxiiii^or seniores sedentes
circumamicti vestimentis albis, et in ca-
pitibus eorum corone auree. Et de thro-
no procedebant fulgura et voces et
tonitrua et septem lampades arden-
tes ardentes ante thronum, qui sunt
septem spiritus dei. Tu autem. R. Ostendit mihi. Lectio iii.
Et in conspectu sedis tamquam vitreum si-
mile cristallo. Et in medio sedis et
in circuitu eius quatuor animalia plena
oculis ante et retro. et animal primum
simile erat leoni, et secundum animal si-
mile erat vitulo. Et tertium habens fa-
ciem quasi hominis, et quartum animal simi-
le aquile volanti. Et quatuor animalia
singula eorum habebant alas senas
et in circuitu et intus plena sunt o-
culis et requiem non habebant die
ac nocte dicentia Sanctus sanctus sanctus
deus omnipotens, qui erat, et qui est, et
qui venturus est. Tu autem. R. Vidi in dextera.
Hymnus. Te deum laudamus. V. Surrexit dominus de se-
pulchro. Ad laudes psalmi. Antiphona. V. ut supra. Ad benedictus.
Sicut novit me pater et ego agnos-

co patrem, et animam meam pono pro om-
nibus meis alleluia. Collecta et alia oratio
ut supra. Ad magnificat antiphona. Alias oves ha-
beo que non sunt ex hoc ovili et illas
oportet me adducere et vocem meam au-
dient et fiet unum ovile et unus pas-
tor alleluia. Collecta et alia oratio ut supra.
Feria quinta. Invitatorium. Alleluia. Antiphona.
Alleluia. Psalmus. Deus iudicium. Omnia bonus
[illegible] Lectio i.
Et cum darent illa quatuor animalia
gloriam et honorem et benedictionem
sedenti super thronum viventi in
secula seculorum procidebant xxiiii^or se-
niores ante sedentem in throno
et adorabant viventem in secula
seculorum. Et mittebant coronas
suas ante thronum dicentes Dig-
nus es domine deus noster accipere gloriam et
honorem et virtutem, quia tu creasti omnia
et propter voluntatem tuam erant et crea-
ta sunt. Tu autem. R. In diademate. Lectio ii.
Et vidi in dextera sedentis super
thronum librum scriptum intus et foris
signatum sigillis septem. Et vidi
angelum fortem predicantem voce mag-
na Quis est dignus aperire librum
et solvere signacula eius. Et nemo
poterat in celo neque in terra neque
subtus terram aperire librum neque
respicere illum. Et ego flebam multum
quia nemo dignus inventus est
aperire librum et videre eum. Tu autem. R. Plateae 106
Et unus de senioribus Lectio iii.

dixit michi. Ecce vicit leo
de tribu iuda radix david aperire
librum et solvere septem signacula eius
Et vidi in medio throni et quatuor
animalium et in medio seniorum agnum
stantem tamquam occisum habentem cornua
septem et oculos septem qui sunt sep
tem spiritus dei missi in omnem terram. Et
venit et accepit de dextera sedentis
in throno librum. R. Venies a libano
Ymn. Te deum laud. Surrexit dominus de
[illegible] et alia omnia ut supra. In resur
rectione tua xpe. Ad benedictus an. [illegible]
[illegible] est. Coll. et alia omnia ut supra
Ad magnificat an. [illegible] rapit. Cetera
ut supra. Feria vi. Invitat. Alleluia. An.
Alleluia. Ps. [illegible] dilecta. Induxisti in
[illegible]. V. Surrexit dominus. Lc. prima.
Et cum aperuisset librum quatuor
animalia et xxiiii seniores ceci
derunt coram agno habentes singuli
cytharas et phialas aureas plenas
odoramentorum que sunt orationes
sanctorum et cantabant canticum no
vum dicentes Dignus es domine
accipere librum et aperire signacula
eius. R. [illegible] est. Lc. ij.
Qui occisus es et redemisti nos
deo in sanguine tuo ex omni tribu et
lingua et populo et natione et fecisti
nos deo nostro regnum et sacerdotes
et regnabunt super terram. Et vidi et
audivi vocem angelorum multorum in
circuitu throni et animalium et seniorum

et numerus eorum milia milium dicentium
voce magna Dignus est agnus
qui occisus est accipere virtutem et
divinitatem et sapientiam et fortitudinem
et honorem et gloriam et benedictionem. R.
Et omnem creaturam [illegible] Lc. iij.
que in celo est et que super terram
et sub terra et que sunt in mari et
que in ea sunt omnes audivi dicentes
sedenti in throno et agno benedictio
et honor et gloria et potestas in secula seculorum. Et
quatuor animalia dicebant amen
et xxiiii seniores ceciderunt in
facies suas et adoraverunt deum. R.
Candidi facti sunt. Ymn. Te deum laud.
Laudes alia omnia ut supra. Ad benedictus
An. Ego sum pastor ovium. Coll.
dominical. hoc ut supra. Ad magnificat an.
Dicit nomini me [illegible]. Sabbato. Invita
torium. Alleluia. An. Alleluia. Ps. Domine exau
di orationem. Benedicite. Benedicite. V.
Et vidi et ecce. Surrexit dominus. Lc. j.
cum aperuisset agnus unum de septem
sigillis et audivi unum de quatuor
animalibus dicens tamquam vocem
tonitrui veni et vide. Et vidi et ecce
equus albus et qui sedebat super
illum habebat arcum et data est illi co
rona et exivit vincens ut vinceret
Et cum aperuisset sigillum secundum
audivi secundum animal dicens veni et
vide. R. Dignus es domine. Lc. ij.
Et exivit alius equus rufus
et qui sedebat super illum datum est

ei ut tolleret pacem de terra & ut invicem
se interficiant homines et datus est illi
gladius magnus Et cum aperuisset si-
gillum tercium audivi tercium animal dicens
veni & vide Et ecce equus niger &
qui sedebat super eum habebat stateram
in manu sua Tu autem R. Vidi de mare leccio iii 105
Et audivi tamquam vocem in medio
quatuor animalium dicentem bilibris
tritici denario & tres bilibres or-
dei denario & vinum & oleum ne
leseris Et cum aperuisset sigillum quar-
tum audivi vocem quarti animalis di-
centis veni & vidi Et ecce equus
pallidus & qui sedebat desuper no-
men illius mors & infernus seque-
batur eum & data est illi potestas super
quatuor partes terre interficere gladio
fame & morte & bestiis terre Tu autem
R. Vidi ymnus Te deum laudamus V. Re-
surrexit dominus Laudes an. ps.
V. ut supra Ad Benedictus an. Alias o- 109
ves habeo Coll. & alia omnia ut supra
Dominica tercia ad vesperas an. ps.
cap. R. ymnus & V. an. Coll. ut supra
Invitatorium an. ps. V. ut supra
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis secundum Iohannem
Modicum & iam non videbitis me
& iterum modicum & videbitis me quia
vado ad patrem & reliqua. Bede presbiteri
Leta domini salvatoris nostri promissa
fratres karissimi leto cordis auditu perci-
pere debemus sedulaque intentione perfi-
cere quatenus ad ea pertingere mere-
amur Grande est quod merito letius au-
diatur quia pro bonis possumus ad grandi-
a quod nunquam possit amitti Tu autem R. Alleluia 91
Notandum quod hoc in evangelio dominus leccio ii
locutus discipulis eorum series illius
convenit qui ea presentes audierunt
a domino pars autem illius etiam no-
bis qui post passionem & resurrec-
tionem dominica ad fidem domini ap-
tissime congruit cum ait modi-
cum & iam non videbitis me & iterum
modicum & videbitis me quia
vado ad patrem ad illos specialiter
pertinet qui eius discipulatum
presentis in carne adherere & post
tristicia passionis ipsius atque resur-
rectione & ascensione eius letifi-
cari meruerunt Tu autem R. Angelus domini
Nam quia hora illa qua tradebatur leccio iii
nocte locutus est modicum erat id
est spacium noctis & diei sequentis quo-
usque ad horam qua illum non vide-
rent tenentis eum nocte illa
a membris & transitum crucifixus
cum spiritum esset depositus est
de cruce & intra septa sepulchri ab
humanis conspectibus absconditus &
iterum modicum erat usque dum illum
viderent Resurrexit enim a mor-
tuis tercia die & apparuit eis in mul-
tis argumentis per dies quadraginta
Tu autem R. Dum transisset sabbatum Resur- 98
rexit dominus V. Ad sanctum Benedictum. Aliud ve-
rus dominus ante
in terris cap.

R. Nunc obsecro vos tanquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis que militant adversus animam. V. In resurrectione tua Christe. Ad Benedictus an. Modicum et non videbitis me dicit dominus iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem alleluia alleluia. Collecta

Deus qui errantibus ut in via possint redire iusticie veritatis tue lumen ostendis da cunctis qui christiana professione censentur et illa respuere que huic inimica sunt nomini et ea que sunt apta sectari. Per. Ad [illegible] Et valde mane resurrexit dominus de sepulchro. Col. Deus qui per unigenitum. Hore ut supra. Ad vesperas an. et ps. ut supra. Cap.

Servi subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis et modestis sed etiam discolis. Hec est enim gratia in Christo Ihesu domino nostro. Deo. Ymnus ut supra. Ad Magnificat an. Quid est hoc quod dicit nobis modicum nescimus quid loquitur alleluia. Coll. Deus qui errantibus. Sequentia. Christus resurgens. V. In resurrectione tua. Coll. Deus qui per unigenitum. Feria secunda. Invitatorium. Alleluia an. alleluia. Ps. Cantate in isti et Benedicamus in dica. V. Resurrexit dominus. Leccio prima.

Iacobus dei et domini nostri Ihesu Christi servus duodecim tribubus que sunt in dispersione salutem. Omne gaudium existimate fratres mei cum in temptationes varias incideritis scientes quod probatio fidei vestre pacientiam operatur. Pacientia autem opus perfectum habeat ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes. Tu autem. R. Si oblitus fuero tui alleluia obliviscatur me dextera mea adhereat lingua mea faucibus meis si non meminero tui alleluia alleluia. V. Super flumina Babilonis illic sedimus et flevimus dum recordaremur Syon. Ad. Lc. ij.

Siquis autem vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat et dabitur ei. Postulet autem in fide nichil hesitans. Qui enim hesitat similis est fluctui maris qui vento movetur et circumfertur. Non ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid a domino. R. Viderunt te aque deus viderunt te aque et timuerunt multitudo sonitus aquarum vocem dederunt nubes alleluia alleluia alleluia. V. Illuxerunt coruscationes tue orbi terre commota est et contremuit terra. Multitudo. Leccio iij.

Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua dives autem in humilitate sua quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore et arefecit fenum et flos eius decidit et decor vultus eius deperiit. Ita et dives in itineribus suis marcescet. Tu. R.

Alla. audiuim(us) ea(m) i(n) effrata i(n)venim(us)
ea(m) i(n) campis silve. Introibim(us) in tha-
bernaculu(m) eius adorabim(us) i(n) loco
ubi steterunt pedes eius. V. Surge
d(omi)ne i(n) requie(m) tua(m) tu (et) archa sa(n)ctifica-
tionis tue. Introibim(us). Alia or(ati)o
ut s(upra). Ad B(enedictus) an(tiphona). Amen amen
dico vob(is) q(uia) plorabitis (et) flebit(is)
vos mundus aut(em) gaudebit vos aut(em)
contristabimini s(ed) tristicia v(est)ra v(er)tet(ur)
i(n) gaudiu(m) alla. Coll(ecta) D(omi)nicalis. Alia
or(ati)o ut s(upra). Ad m(a)g(nificat) an(tiphona). Tristicia
i(m)plebit cor v(est)r(u)m alla (et) gaudiu(m)
v(est)r(u)m nemo tollet a vobis alla alla.
Alia or(ati)o ut s(upra). f(eri)a s(e)c(un)da. tercia. Invi(tatorium)
Alla. an(tiphona). Alla. ps(almus). Deus m(eu)s. Omnes
gentes. Magnus dominus. R(esponsorium). Sum rex.
Beatus vir qui suffert. D(omi)nice v(e)l. Lc(ti)o i
temptacionem q(uonia)m cu(m) p(ro)batus fuerit
accipiet corona(m) vite q(ua)m rep(ro)misit d(eu)s
diligentib(us) se. Nemo cu(m) temptat(ur) di-
cat q(uonia)m a deo temptor. Deus aut(em) in-
temptator maloru(m) est ipse e(nim) neminem
temptat. Unusquisq(ue) temptat(ur) a co(n)-
cupiscencia sua abstractus (et) illectus
deinde co(n)cupiscencia cu(m) conceperit parit pec-
catu(m). Peccatu(m) v(er)o cu(m) co(n)summatu(m) fuerit
generat morte(m). Cu(m). R(esponsorium). Narrabo nome(n)
tuu(m) fratribus meis alla. In medio
eccl(es)ie laudabo te alla alla. V. Qui
timetis d(omi)n(u)m laudate eu(m) univ(er)-
su(m) semen iacob glorificate eu(m). Lc(ti)o ii
Nolite itaq(ue) errare fr(atr)es mei di-
lectissimi. Omne datu(m) optimu(m) et
omne donu(m) p(er)fectu(m) desursu(m) est descen-
dens a patre lu(m)inu(m) apud que(m)
no(n) est t(ra)nsmutacio nec vicissitudi-
nis obumbratio. Voluntarie
e(nim) genuit nos v(er)bo veritatis ut
simus iniciu(m) aliquod creature eius.
Cu(m). R(esponsorium). Hymnu(m) cantate nob(is) alla.
Quo cantabim(us) canticu(m) d(omi)ni i(n) t(er)ra
aliena alla alla. V. Sup(er) flumina
babilonis illic sedim(us) (et) flevim(us)
du(m) recordare(mur) tui syon. Quo. Lc(ti)o iii
Sciatis aut(em) fr(atr)es mei dilectissimi
sit aut(em) omnis homo velox ad au-
diendu(m) tardus aut(em) ad loquendu(m)
et tardus ad ira(m). Ira e(nim) viri
iusticia(m) dei no(n) operatur. P(ro)pter q(uo)d ab-
icientes o(mn)em i(n)mundicia(m) (et) habu(n)-
dancia(m) malicie. In mansue-
tudine suscipite insitu(m) v(er)bu(m) q(uo)d
p(otes)t salvare a(n)i(m)as v(est)ras. Cu(m). R(esponsorium). Deus
canticu(m) novu(m) cantabo tibi alla.
In psalterio decem cordar(um) psal-
lam tibi alla alla. V. Qui das
salute(m) regib(us) qui redemisti da-
vid s(er)vu(m) tuu(m) de gladio malig-
no. In psal(terio). Alia or(ati)o ut s(upra). Ad B(enedictus)
an(tiphona). Iteru(m) aut(em) videbo vos (et) gaudebit
cor v(est)r(u)m et gaudiu(m) v(est)r(u)m nemo tol-
let a vobis alla. Coll(ecta) (et) alia or(ati)o
ut s(upra). Ad m(a)g(nificat) an(tiphona). Tristicia i(m)-
plebit. Cetera ut s(upra). f(eri)a iiii. In-
vitat(orium) ut s(upra). an(tiphona). Alla. ps(almus). D(eu)s re-
pu(listi). Exaudi d(eu)s. De(us) v(eneru)nt. V.
Surrexit d(omi)n(u)s de sepulchro. Lc(ti)o p(rim)a

Estote autem factores verbi et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo. Consideravit enim se et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit. Dominus. R. In ecclesiis benedicite Deo alleluia, Domino de fontibus Israel alleluia alleluia. V. Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra.

lc iij Qui autem perspexerit in lege perfectae libertatis et permanserit, non auditor obliviosus factus sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem haec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc saeculo. Dominus. R. Cantate Deo alleluia, psalmum dicite ei alleluia. V. Date gloriam laudi.

Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriae. lc iiij Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste praeclara, et dixeritis ei: Tu sede hic bene; pauperi autem dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum; nonne iudicatis apud vosmetipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum? Dominus. R. Bonum est confiteri Domino alleluia et psallere alleluia. V. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem est psallere. Alia oratio ut supra. Ad Benedictus antiphona. Modicum et non videbitis. Collecta et alia oratio ut supra. Ad Magnificat antiphona. Quid est hoc quod dicit nobis modicum? nescimus quid loquitur alleluia. Collecta et alia oratio ut supra. Feria v. Invitatorium. Alleluia. Antiphona. Alleluia. Psalmus. Confitebor. Alotus a iudea voce mea. Responsorium.

Audite fratres mei dilectissimi. Lectio prima. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide et heredes regni quod repromisit diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod invocatum est super vos? Dominus. R. Si oblitos. lc ij

Si tamen perficitis legem regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores. Quicumque autem totam legem servaverit, offendit autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit: Non moechaberis, dixit et: Non occides. Quod si non moechaberis, occides autem, factus es transgressor.

sermis. Tu autem. R. Vidimus te quasi. Lc. iii. 200
Sic loquimini et sic facite sicut per legem
libertatis incipientes iudicari. Iu-
dicium enim sine misericordia illi qui non fe-
cit misericordiam. Superexaltat autem misericordia
iudicio. Quid proderit fratres mei si
fidem quis dicat se habere opera autem
non habeat. Numquid fides poterit sal-
vare eum. Si autem frater aut soror nu-
di sint et indigeant victu cotidi-
ano. Dicat autem aliquis de vobis
illis ite in pace calefacimini et sa-
turamini, non dederitis autem eis que
necessaria sunt corporis quid proderit. Sic et
fides si non habeat opera mortua est
in semetipsa. Tu autem. R. Alleluia cantemus. 201
Alia oratio ut supra. Ad benedictus an. Amen 201
amen dico vobis plo[rabitis]. Coll. et alia
oratio ut supra. Ad magnificat an. Tristicia 201
vestra. et alia oratio ut supra. Feria vi.
Invitatorium. Alleluia alleluia alleluia. ps. Funda-
menta. Domine deus salutis ... domini. V. Surrexit
Sed dicet quis tu surrexit dominus vere. Lc. i.
fidem habes et ego opera habeo. Osten-
de michi fidem tuam sine operibus
et ego ostendam tibi ex operibus fidem
meam. Tu credis quod unus est deus et
benefacis et demones credunt et con-
tremiscunt. Vis autem scire o homo
inanis quoniam fides sine operibus
mortua est seu ociosa. Abraham
pater noster nonne ex operibus iusti-
ficatus est offerens filium suum super
altare. Tu autem. R. Narrabo nomen tu- 201

Vides quoniam fides cooperabatur operibus Lc. ii.
illius et ex operibus fides consummata
est et suppleta est scriptura dicens
credidit Abraham deo et reputatum
est ei ad iusticiam et amicus dei
appellatus est. Videtis quoniam ex ope-
ribus iustificatur homo et non ex fide tan-
tum. Tu autem. R. Ymnum cantate. Lc. iii. 201
Similiter autem et Raab meretrix nonne
ex operibus iustificata est suscipi-
ens nuncios et per aliam viam eiciens.
Sicut enim corpus sine spiritu mor-
tuum est ita et fides sine operibus
mortua est. Nolite plures magistri
fieri fratres mei scientes quia maius
iudicium sumitis. In multis enim of-
fendimus omnes. Si quis in verbo non
offendit hic perfectus est vir. Tu. R.
De ... 201 Oratio ut supra. Ad bened.
Iterum autem videbo vos. 201 Coll. et alia
ut supra. Ad magnificat an. Modicum et non 200
videbitis. Coll. dominicalis et alia ut supra.
Sabbato. Invitatorium. Alleluia alleluia alleluia.
Confitemini i. Confitemini ii. Con-
fitemini iii. V. Surrexit dominus de sepulchro. Lc. i.
Potest enim freno circumducere totum cor-
pus. Si autem frenos equis in ora
mittimus ad consentiendum nobis et
omne corpus illorum circumferimus. Ecce
et naves cum magne sint et a ventis
validis minentur circumferuntur autem
a modico gubernaculo ubi impetus
dirigentis voluerit. Ita et lin-
gua modicum quidem membrum

est et magna exaltat. Tu. Benedictus
Ecce quantus ignis quam magnam silvam
incendit. Et lingua nostra ignis est
universitas iniquitatis. Lingua con
stituitur in membris nostris que macu
lat totum corpus et inflammat ro
tam nativitatis nostre inflammata a ge
henna. Omnis enim natura bestiarum et
volucrum et serpentum etiam ceterorum doma
tur et domata sunt a natura humana.
Linguam autem nullus hominum domare
potest. Tu. R. Cantate deo. Lectio tertia
Est enim inquietum malum plena ve
neno mortifero. In ipsa nos benedi
cimus deum et patrem et in ipsa male
dicimus homines qui ad similitudinem
dei facti sunt. Ex ipso ore procedit male
dictio et benedictio. Non oportet fratres
mei hec ita fieri. Numquid fons de eo
dem foramine emanat dulcem et ama
ram aquam. Numquid potest fratres mei fi
cus uvas facere aut vitis ficus.
Sic neque salsa dulcem potest facere aquam.
Quis sapiens et disciplinatus inter
vos ostendat ex bona conversatione
operationem suam in mansuetudine sa
pientie. Tu. R. Bonum est confiteri.
V. Resurrexit dominus. Laudes et alia
omnia ut supra. Ad benedictus antiphona Hanc
legem dominus nobis. Collecta Dominicalis
et cetera ut supra. Dominica IIII
Ad vesperas antiphona Alleluia. Psalmus Benedictus
cum ceteris. Capitulum Christus resurgens.
R. Dum transisset sabbatum. Ymnus Cho
rus nove. V. Mane nobiscum. Ad Magnificat
antiphona Vespere autem sabbati. Collecta Deus
qui per unigenitum. In invitatorium
et cetera omnia ut supra. Secundum Iohannem
In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Vado
ad eum qui me misit et nemo ex vobis
interrogat me quo vadis. Et reliqua. Bede
Sicut ex lectione evangelica fratres karis
simi audivimus dominus redemptor noster
sue passionis articulo discipulis glo
riam ascensionis qua ipse post mor
tem et resurrectionem erat clarificandus et
adventum spiritus sancti quo illi erant illu
strandi patefecit. Consolatur enim instan
te hora passionis eiusdem eorum
pusillimos morte dolentes quem post mor
tem ad celos sublevandum non du
bitarent nimium de sua desolatione
trepidarent cum se absente domino
spiritus sancti gratia consolandos esse
sperarent. Tu. R. Dignus es domine. Lectio secunda
Vado inquit ad eum qui me misit
et nemo ex vobis interrogat me quo
vadis. Ac si aperte dicat. Redemptor
ascendendo ad eum qui me incar
nari constituit. Et tanta namque ma
nifesta erit eiusdem ascensionis
claritas ut nemini vestrum opus sit
interrogare quo vadam. Videntibus
cunctis quia ad celos pergam. Tu.
R. Dignus es domine. Lectio tertia
Bene tamen de ascensione sua dixis
set vado ad eum qui me misit
addidit et nemo ex vobis interrogat

me quo vadis Et nemo namque eum
de sua passione pertractaret. Dicit Christus
ego vado vos non potestis venire
Interrogavit eum Petrus dicens domine
quo vadis Responsum est ei Quo
ego vado non potes modo sequi seque
ris autem postea Euouae R. Dum transisset
V. Surrexit dominus vere Ad laudes an.
Angelus autem domini In tercia cap.
Omne datum optimum et omne donum
perfectum desursum est descendens a patre
luminum apud quem non est transmu
tatio nec vicissitudinis obumbratio
Deo gracias V. In resurrectione Ad benedictus an.
Vado ad eum qui me misit sed quia
hec locutus sum vobis tristicia im
plevit cor vestrum alleluia Collecta
Deus qui fidelium mentes unius effi
cis voluntatis da populis tuis id ama
re quod precipis id desiderare quod promit
tis ut inter mundanas varietates
ibi nostra fixa sint corda ubi vera sunt
gaudia Per. Ad I Et valde V. Sur
rexit dominus de sepulcro Coll. Deus qui promi
ssione ut in prima dominica Ad III V.
an. Alleluia V. Surrexit dominus In tercia cap.
Karissimi abicientes omnem im
mundiciam et habundanciam malicie
in mansuetudine suscipite insitum verbum
quod potest salvare animas vestras Deo
gracias R. V. ut supra Ad VI an.
Vado ad eum qui me misit et iterum
venio ad vos alleluia Coll. Dominica
lis R. Christus resurgens ex

48
V. In resurrectione tua Christe Coll. Deus qui promi
ssione feria secunda Invitatorium Alleluia ps. Dixit
in 1 Noli domine ne in furore V. Resur
Petrus apostolus ihesu christi V. Surrexit dominus Lectio I
electis advenis dispersionis ponti
galacie cappadocie asie et bithinie
secundum prescienciam dei patris in sanctificationem
spiritus in obedienciam et aspersionem sanguinis
ihesu christi gracia vobis et pax multi
plicetur Tu autem R. Dei obtimus Lectio II
Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi
qui secundum magnam misericordiam suam rege
neravit nos in spem vivam per resur
rectionem ihesu christi ex mortuis in heredi
tatem incorruptibilem et incontamina
tam et inmarcescibilem conservatam in celis
qui in virtute dei custodimini per fidem
in salutem paratam revelari in tempore no
vissimo in quo exultabitis Tu autem R.
Modicum nunc si oportet est contristari in
contristari in variis tribulacionibus
ut probatio fidei vestre multo preciosior
sit auro quod per ignem probatur inveni
atur in laudem et gloriam et honorem
in revelatione ihesu christi quem cum non
videritis diligitis in quem nunc quoque
non videntes creditis credentes
autem exultabitis leticia inenarra
bili et glorificata reportantes fi
nem fidei vestre salutem animarum vestrarum
Tu autem R. Alleluia Cumque V. Surrexit dominus
Laudes cap. V. ut supra Ad benedictus
an. Ego veritatem dico vobis expe
dit vobis ut ego vadam si enim non

abiero paraclitus non veniet alleluia Col
dominical' cetera oratio ut supra Ad magnificat
an. Si non venerit paraclitus spiritus ve-
ritatis ille arguet mundum de peccato
et de iusticia et de iudicio alleluia Col
dominical' cetera ut supra Feria tercia
Invitatorium et an. Alleluia ps. Au-
dite hec Vel Deus deorum Cum gloriis
V. Surrexit dominus vere alleluia Lectio prima
De qua salute exquesierunt atque
scrutati sunt prophete qui de futura
in nobis gratia prophetaverunt scrutantes
in quod vel quale tempus significaret qui
in eis erat spiritus Christi prenuncians eas
que in Christo sunt passiones et posteri-
ores glorias quibus revelatum est
quia non sibimetipsis nobis autem
ministrabant ea que nunc nunciata
sunt nobis per eos qui evangeliza-
verunt nobis spiritu sancto misso de celo
in quem desiderant angeli prospicere
Tu. R. Narrabo nomen Lectio ii
Propter quod succincti lumbos men-
tis nostre Sobrii et omnibus perfecte
sperate in ea que offertur nobis gratiam in
revelatione Ihesu Christi quasi filii
obediencie et non conformantes
nos illis prioribus ignorancie
nostre desideriis Sed secundum illum
qui nos vocavit sanctum ut et ipsi sancti
in omni conversatione sitis quia scriptum
est Sancti estote quia ego sanctus sum
Tu autem R. Ympnum cantate Lectio iii
Et si patrem invocatis eum qui si-
ne acceptione personarum iudicat secundum
uniuscuiusque opus in timore incola-
tus nostri tempore conversamini scientes quod
non corruptibilibus argento vel
auro redempti estis de vana
nostra conversatione paterne traditionis
sed precioso sanguine quasi agni
incontaminati et immaculati Ihesu Christi
precogniti quidem ante constitutionem
mundi Tu. R. Dicens canticum Cetera ut
supra Ad Bened' an. Cum autem venerit
ille spiritus veritatis docebit vos om-
nem veritatem que ventura sunt an-
nunciabit nobis alleluia Coll' do-
minicalis cetera oratio ut supra Ad magnificat
an. Adhuc multa habeo nobis dicere
sed non potestis portare modo Cum autem ve-
nerit ille spiritus veritatis docebit nos
omnem veritatem alleluia Coll' et cetera ut
supra Feria iiii Invitatorium an. ut
supra Alleluia ps. Exaudi deus orationem meam cum deprec.
Iubil' Exurgat V. Surrexit dominus de sepulchro
Manifestatis autem novissimis Lectio prima
temporibus propter nos qui per ipsum fideles
estis in deo qui suscitavit eum a
mortuis et dedit ei gloriam propter ita
ut fides nostra et spes esset in deo
animas nostras castificantes in obediencia
caritatis Tu. R. In ecclesiis Lectio ii
In fraternitatis amore simpli-
ci ex corde invicem diligite atten-
tius renati non ex semine corrup-
tibili Sed incorruptibili per verbum
dei vivi et permanentis in eternum

omnis caro fenum, et omnis gloria eius tam-
quam flos feni. Exaruit fenum et flos
eius decidit. Verbum autem domini manet
in eternum. Hoc autem est verbum quod evan-
gelizatum est in vos. Capitulum. ℟ Cantate [201]
Deponentes igitur omnem maliciam et (iij)
omnem dolum et simulaciones et invidi-
as et omnes detractiones, sicut modo
geniti infantes rationabiles sine do-
lo lac concupiscite, ut in eo crescatis
in salutem. Si tamen gustatis quoniam dul-
cis est dominus. Ad quem accedentes lapi-
dem vivum ab hominibus quidem reproba-
tum, a deo autem electum et honorificatum,
et vos ipsi tamquam lapides vivi super-
edificamini domos spirituales, in
sacerdotium sanctum offerentes spirituales
hostias acceptabiles deo per ihesum
christum. Capitulum. ℟ Domini est consitei [201]
Laudes et cetera ut supra. Ad Benedictus antiphona
Non enim loquetur a semetipso, sed quecum-
que audiet loquetur, et que ventu-
ra sunt annunciabit vobis alleluia. Collecta
dominicalis. Cetera ut supra. Ad magnificat antiphona
Ille me clarificabit quia de meo ac-
cipiet et annunciabit vobis alleluia.
Collecta dominicalis. Cetera ut supra. Feria v. Invi-
[tatorium] Alleluia. Antiphona Alleluia. Psalmus Attendite. Deus
venerunt. Qui regis. ℣ Resurrexit dominus.
Propter quod continet scriptura. Lectio prima
Ecce pono in syon lapidem summum
angularem probatum et qui crediderit
in eum non confundetur. Vobis
credentibus honor, non credentibus

lapis quem reprobaverunt edificantes hic
factus est in caput anguli, et lapis
offensionis et petra scandali his
qui offendunt verbo nec credunt in quo
et positi sunt. Capitulum. ℟ Dei oblitus [200] Lectio ij
Vos autem genus electum, regale sacer-
dotium, gens sancta, populus acquisitionis,
ut virtutes annuncietis eius qui de
tenebris vos vocavit in admirabi-
le lumen suum. Qui aliquando non
populus, nunc autem populus dei; qui non con-
secuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.
Capitulum. ℟ Viderunt te aque [200] Lectio iij
Karissimi obsecro vos tamquam advenas
et peregrinos abstinere vos a carnali-
bus desideriis que militant ad-
versus animam, conversationem vestram inter gen-
tes habentes bonam, ut in eo quod detrahunt
de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis
operibus vos considerantes glorifi-
cent deum in die visitationis. Capitulum.
℟ Alleluia audivimus [201] Laudes et cetera ut
supra. Ad Benedictus antiphona Vado ad eum qui [202]
me misit. Collecta dominicalis ut supra et alia.
Ad magnificat antiphona Ego veritatem dico [203] Ce-
tera ut supra. Feria vi. Invitatorium
Alleluia. Antiphona Alleluia. Psalmus Deus ultionum.
Cantate i. Dominus regnavit exultet.
℣ Surrexit dominus vere alleluia. Lectio prima
Subiecti estote omni humane cre-
ature propter deum, sive regi quasi
precellenti, sive ducibus tamquam ab
eo missis ad vindictam malefactorum,
laudem vero bonorum, quia sic est

voluntas dei ut benefacientes ob
mutescere faciatis imprudentium hominum
ignorantiam. quasi liberi et non quasi
velamen habentes malicie libertatem
sed sicut servi dei. Tu. R. Narrabo nomen
Omnes honorate fraternitatem diligite. Lc. ii
deum timete regem honorificate. Servi
subditi estote in omni timore dominis ves
tris non tantum bonis et modestis. sed etiam
discolis. Hec est enim gratia si propter consci
entiam dei sustinet quis tristicias
paciens iniuste. Que enim gratia si
peccantes et colaphizati suffertis. Sed
si benefacientes pacienter sustinetis
hec est gratia apud deum. Tu. R. Ecce
In hoc enim vocati estis. Lc. iii
quia et christus passus est pro nobis vobis relin
quens vobis exemplum ut sequamini
vestigia eius. qui peccatum non fecit
nec inventus est dolus in ore eius.
Qui cum malediceretur non maledice
bat. Cum pateretur non comminabatur.
Tradebat autem iudicanti se in
iuste. qui peccata nostra ipse pertulit in cor
pore suo super lignum. ut peccatis mor
tui iusticie vivamus. cuius livore
sanati sumus. Tu. R. Deus canticum
Laudes et cetera ut supra. Ad Ben.
Tu venit pater. Coll. et cetera ut su
pra. Ad magnificat an. Adhuc multa
habeo vobis. Coll. Deus qui ut supra. Sab
bato Invitatorium. Alleluia. an. Alleluia.
ps. Confitemini. ulti patri. Deus lau
dem. R. Dominus regnavit decore. Lc. pr.

Eratis enim aliquando sicut oves er
rantes. sed conversi estis nunc ad pasto
rem et episcopum animarum vestrarum. Similiter
et mulieres subditi sint suis viris
ut et si qui non credunt verbo per mulierum
conversationem sine verbo lucri fiant con
siderantes in timore castam conversa
tionem vestram. Tu. R. Annecans be. Lc. ii
Quarum sit non extrinsecus capillorum
implicatio aut circumdatio auri aut
indumenti vestimentorum cultus. sed qui
absconditus est homo cordis in incor
ruptibilitate quieti et modesti spiritus
qui est in conspectu dei locuples. Sic enim
aliquando et mulieres sancte sperantes in deo
ornabant se subdite propriis viris. sicut
Sara obediebat Abrahe dominum eum
vocans cuius estis filie benefacien
tes et non timentes ullam perturba
tionem. Tu. R. Cantate deo. Lc. iii
Viri similiter cohabitantes secundum sci
entiam. quasi infirmiori vasculo muli
ebri impercientes honorem tamquam et
coheredibus gratie vite ut non impediantur
orationes vestre. In fine autem omnes una
nimes compacientes fraternitatis
amatores. misericordes modesti
humiles non reddentes malum pro ma
lo. nec maledictum pro maledictum
pro maledicto. Sed e contrario bene di
centes. quia in hoc vocati estis ut
benedictionem hereditate possideatis.
Tu. R. Bonum est. Laudes ut supra.
Ad Ben. Ille me clarificet. Coll.

dominicale et cetera ut supra. Dominica v.
In ii vesperis ut in dominica pasche. Invitat.
an. ps. v. ut supra. Oratio. Secundum Iohannem
In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis. Amen amen di-
co vobis si quid pecieritis patrem in no-
mine meo dabit vobis et reliqua. Bede
Potest movere infirmos auditores
quomodo in capite lectionis huius evan-
gelice discipulis salvator noster promittit
Si quid inquiens pecieritis patrem
in nomine meo dabit vobis cum non
solum vos sed plures multa que patrem in
Christi nomine videntur petere non acci-
piant. Verum eciam ipse apostolus Pau-
lus ter dominum rogavit ut a se an-
gelus sathane a quo tunc alapa ab-
scederet nec impetrare potuit. Tu autem. R.
Angelus domini. Lectio secunda
Sed huiusmodi questionis antiqu-
orum patrum explanatione re-
serata est. Que videlicet intellexerunt
illos solum in nomine salvatoris petere
qui ea que ad eternam salutem perti-
nent petunt. Ideoque apostolum non in nomine
salvatoris petisse ut temptacione
careret quam ob custodiam humilitatis
acceperat. Tu autem. R. Angelus domini. Lectio iii
Quia si hac caruisset salvus esse
non posset ipso affirmante cum ait
Et ne magnitudo revelacionum
extollat me datus est michi
stimulus carnis mee angelus sa-
thane qui me colaphizet. Et non-
nunquam petentes non exaudi-
mur. Ideo fit quia scit ille quod contra angillum
ante salutis petimus aut contra
quia ante patre beneficij gratia nobis
quod inepte petimus negatur. Quod eciam
Paulo apostolo contigisse probatur. Cum si-
bi petenti responsum est. Sufficit tibi
gratia mea nam virtus in infirmitate
perficitur. Tu autem. R. Cum inij turisset vos
rexit. Laudes. Angelus autem domini
Estote factores verbi. In laudibus. Capitulum
et non auditores tantum fallentes vos-
metipsos. Quia si quis auditor est
verbi et non factor hic comparabitur viro
consideranti vultum nativitatis sue
in speculo. Deo. V. In resurreccione
Ad Ben. Usque modo non petistis quic-
quam. Petite et accipietis alleluia. Coll.
Deus a quo bona cuncta procedunt
largire supplicibus tuis ut cogi-
temus te inspirante que recta sunt
et te gubernante eadem faciamus. Per
Ad tertiam. An. Et valde mane. R. Surrexit
Coll. Deus qui per unigenitum. Hec dominica
ut supra. In vesperis an. ps. ut supra. Cap.
Religio munda et immaculata
apud deum et patrem hec est visitare
pupillos et viduas in tribulacione
eorum et immaculatum se custodire in
hoc seculo. Deo. Ymnus. V. ut supra. Ad magnificat
An. Petite et accipietis ut gaudium
vestrum plenum sit. Ipse enim pater amat
vos quia vos me amastis et cre-
didistis alleluia. Coll. Deus a quo. An.
Ad di. Christus resurgens. V. Surrexit

feria sexta Invitatorium Alleluia aiia
alleluia ps. Domine illuminatio Ad te domine clama-
asse V. Resurrexit dominus alleluia Secundum
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis Luca xi
Quis vestrum habebit amicum et ibit ad illum
media nocte et dicet illi Amice acco-
moda mihi tres panes et reliqua Augustinus
Amicus (ad quem media nocte veni-
tur ipse deus intelligitur qui cum sit deus
et dominus totius creature sed nos a-
micus vocare dignatus est dicens
Vos amici mei estis si feceritis ea
que ego precipio vobis Nox autem
hoc loco tribulationem significat Tn
Sicut enim dies R. Si oblitus lectio ii
leticiam sic nox adversitatem aliquando
pertinet Veniendum ergo est ad amicum
media nocte quia inter tribulationes non
animum admonitum neque nos ipsos de-
sperare vel fugere debemus quod sed eius auxi-
lium flagitare qui ait In mundo pres-
suram habetis sed confidite quia ego
vici mundum Cum R. Viderunt te lectio iii
Cum enim deus semper sit rogandus maxi-
me tamen cum presentes senserit nos inter tribula-
tiones deficiamus eius adiutorium semper
postulare debemus Sicut faciebat
psalmista qui dicebat Ad dominum cum
tribularer clamavi et exaudivit
me Amicus autem iste qui media ve-
nit ipse inquam amicus est qui totiens quo-
tidie recedit et notiens ad appeten-
da terrena ad equalia fratribus negatur
et illis semper carnis desideria sed cogitatio

diffinidit cum R. Alleluia Audivimus Ce-
tera ut supra Ad Bened. Exivi a patre meo
et veni in mundum alleluia iterum relinquo
mundum et vado ad patrem alleluia alleluia
alleluia Coll. et alia omnia ut supra Ad
magnificat aiia Ecce nunc palam loqueris
et proverbium nullum dicis nunc scimus quia
scis omnia et non opus est tibi ut quis
te interroget alleluia Coll. Dominicalis et alia
omnia ut supra Sabbato in Invitatorium
Alleluia aiia Alleluia ps. Dixi custodiam Ex-
spectans Beatus qui intelligit V. Sur-
rexit dominus vere Secundum Lucam xi
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis Petite et acci-
pietis querite et invenietis pulsate
et aperietur vobis et reliqua Omelia venerabilis Bede
Dominus et salvator noster ad celestis reg-
ni gaudia nos pervenire desiderans
et nos eadem a se petere docuit et no-
bis se daturus esse promisit Petite et
quid et accipietis querite et inve-
nietis pulsate et aperietur vobis
Que nobis verba cum R. Narrabo lectio ii
Omni studio magno opere ac
toto corde perpendenda sunt quia
videlicet regnum celorum non ociosis
et vacantibus sed petentibus queren-
tibus et pulsantibus dandum in-
veniendum et aperiendum testatur
Petenda est ergo ianua regni oratione
querenda recte vivendo et pul-
sanda perseverando Cum R. Virginum lectio iii
Non enim sufficit verbis tantummodo
dominum rogare si non etiam operibus

diligenciius qualit' nob sit i venienti(?) ut digni sim' q' impletione eps pe tim' ipo attestate qui ayt Non ois qui dicit m dne dne intrabit regnum celorum sz qui facit volunt' pris mei qui i celis est. Neqz enim aliquid p dest bona inchoasse si no quis sz sum deat ea que bn inchoauit usqz ad sinem pduc Dic nacqz ait bndcus g gorius Incassum bonum agit' si an te finem vite deseritur qz et frustra velocit currit qui priusqz ad me tam pueniat deficit Cum premo me lig est via virtutis no agnoscere qz post agnita retroire Cum R De an tum Alla omnia ut sup Ad bnd an

207
Usqz modo no pe Coll Collis cetra ut sup Ad vesperas an Alla Ps Leta

107
tus Cap Dns pisitauit i sum ymn Ad cena agni V Mane nobiscum Ad

207
magt Petite et accipietis Coll dolis

107
Ad bi De dnica Alla Sta dei genitrix pro nobis Col Concede nos et de sco io bap et pace et de omnibus scis ut q'sit eti est vltimo Et rexpincon

99
Ad Xpus resurgens Uitam ant

98
In respr Col Deus qui promittentem qui conuenim pasche et sic expi nt xpus resur complecto in ut sup ffria iiii Invitatorium Alla alla Alla Surrexit t spiciens Exaudi ds dpsonem mei ds q' v Surrexit dns de sep

83
Omelia Subleuatis ihesus ocu lis Require i vigili psalmus

201 201 201

R In ecclesiis Cantate dno Bo num est confiteri ymnus Te dnm laud v Surrexit dns Laudes ps cap v ut sup Ad bnd an Exiui apatre meo et veni i mundum iterum relinquo mun dum et vado ad patrem dicunt ei dis cipuli eius ecce nunc palam loqueris et pilbm nullum dicis alla alla alla

107
Coll dolis Ad bi Surrexit dns de sep v Resurrexit dns Coll de resurrectione deinde de dnica et de sco io bap et de omnibus scis Si aliqd festum sex lec hys tribus diebus euenit festi uitas illi plenarie agatur Sz tm et processio fit mode solito de festis que i vigilia asensionis celebrat i primis vero tm fit memo Ro si aliquod festum euenit i die asensionis dni anteponatur uel post ponatur prout se moribus videbitur expedire In vi gilia asensionis an sup psalmos

Nisi ego abiero paraclitus no veni et dum assumptus fuero mittam vo bis alla psalmos de die Cap

Multitudinis credencium erat cor vnum et aia vna nec quisqz eorum que possidebant aliquid suum esse dicebat sz erant illis oia coia R Ite in orbem ymnus ffestum nunc v Asendit ds i iubilacione alla Et Ad magt an Pater manifestam no men tuum hominibus quos dedisti m nunc aut pro eis rogo no pro mundo quia ad te vado alla Collecta

Presta quesumus omnipotens deus ut nostre mentis in
tenta quo sollempnitatis venitur glo
rie auctor ingressus est semper inten
dat et quo fide pergit conversatione per
veniat. Per eundem. Ad completorium. ympnus. Ihesu
nostra redemptio. Capitulum. Tu in nobis.
V. Custodi nos. Ad nunc dimittis antiphona. Alleluia ascendens
christus in altum alleluia captivam duxit cap
tivitatem alleluia alleluia. Preces et collecta dici
mus solito. In die ascensionis ad matu
tinum. Invitatorium. Alleluia regem as
cendentem in celum venite adoremus alleluia.
Ps. Venite. Antiphona. Elevata est magnificen
tia tua super celos deus alleluia. Ps. Domine dominus noster.
Antiphona. Dominus in templo sancto suo dominus in celo
alleluia. Ps. In domino confido. Antiphona. A summo ce
lo egressio eius et occursus eius alleluia.
Ps. Celi enarrant. V. Ascendit deus in iubila

In illo tempore recumbentibus un Lectio prima
decim discipulis apparuit illis iesus
et exprobravit incredulitatem illorum
et duritiam cordis, quia hiis qui vide
rant eum resurrexisse non crediderunt.

Quod resurrectionem [illegible] Omelia gregorii pape
dominicam discipuli tarde crediderunt non
tam illorum infirmitas quam nostra ut ita
dicam futura firmitas fuit. Ipsa namque re
surrectio illis dubitantibus per multa
argumenta monstrata est. Que dum
nos legentes agnoscimus quid aliud
quam de illorum dubitatione solidamur.
Tu autem. R. Post passionem suam per dies
xl apparens eis loquens de reg
no dei alleluia. Et videntibus illis ele
vatus est alleluia et nubes suscepit eum
ab oculis eorum alleluia. V. Et convescens
precepit eis ab iherosolimis ne dis
cederent sed expectarent promissione
patris. Et videntibus illis. Lectio ii.

Minus enim maria magdalena
prestitit que cito credidit quam thomas
qui diu dubitavit. Ille enim du
bitando vulneris cicatrices tetigit
et de nostro pectore vulnus dubitationis
amputavit. Ad confirmandam quippe nobis veri
tatem dominice resurrectionis notandum
nobis est quid lucas refert dicens
Convescens precepit eis ab iherosolimis ne
discederent. Et post pauca videntibus
illis elevatus est et nubes suscepit
eum ab oculis eorum. Tu autem. R. Omnis pul
chritudo domini exaltata est super si
dera species eius in nubibus celi et
nomen eius in eternum permanet alleluia.
V. Nisi ego abiero paraclitus non
veniet. Dum assumptus fuero mit
tam vobis eum. Et nomen. Lectio iii.

Notate verba signate misteria.
Convescens elevatus est. Comedit
et ascendit ut videlicet per effectum co
mestionis veritas pateceret car
nis. [illegible] nos prius quam dominus ce
los ascenderet eos de cordis duritia atque
infidelitatis duritia increpasse
discipulos commemorat. Quia in re
quid aliud considerandum est nisi
quod iccirco dominus tunc discipulos
increpavit cum eos corporaliter

reliquid in urba que recedens dicit
in corde audiencium cremus ipsa verna
neint. Cen. R. Ite in orbem universum
predicate dicentes alla. Qui crediderit
et baptizatus fuerit salvus erit alla
alla alla. V. Euntes in mundum uni
versum predicate evangelium omni creature
Qui credi. Ymnus. Te deum laudamus. V.
Ascendens christus in altum alla. Capti.
Ad laud. An. Videntibus illis ele
vatus est et nubes suscepit eum in ce
lum alla alla. An. Cumque intuerentur
in celum euntem illum dixerunt alla.
An. Viri galilei quid aspicitis
in celum hic iesus qui assumptus est
a vobis in celum sic veniet alla. An.
Exaltate regem regum et ympnum dica
te deo alla. An. Elevatis mani
bus ferebatur in celum et benedixit eis
Primum quidem sermonem alla. Cap.
ne feci de omnibus o theophile que
iesus cepit facere et docere usque in die
qua precipiens apostolis per spiritum sanctum
quos elegit assumptus est. Deo. V. Dominus
in celo alla. paravit sedem. Ad Ben. An.
Euntes in mundum universum predicate
evangelium omni creature alla qui credi
derit et baptizatus fuerit salvus erit
alla qui autem non crediderit condemp
nabitur alla. Coll. Concede quesumus
omnipotens deus ut qui hodierna die
unigenitum tuum redemptorem nostrum
ad celos ascendisse credimus ipsi
quoque mente in celestibus habitemus. Per.

Si hac die festum celebre evenerit
nulla in die media fiat sed in aliam diem
competentem transponatur. Ad horas an.
Et convescens precepit. De laud. Cap.
eis ab iherusalem ne discederent. Ad iii
rent sed expectarent promissionem patris
quam audistis inquit per os meum. Deo
R. Ascendit deus in iubilatione alla
alla. V. Et dominus in voce tube alla. As
cendens christus in altum alla. Capti. Col.
Concede quesumus o. d. Ad aspersionem
Vidi aquam. V. Quia apud te est fons
Concede quesumus omnipotens deus ut qui Oro
festa ascensionis agimus celestibus
desideriis accensi fontem vite sitia
mus. Deo. Ad processionem. R. Ite in orbem
in pro. V. Si autem longius processe
rint R. Omnis pulchritudo
Ad locum stationis V. Ascendo ad patrem.
Deus cuius filius unigeni Coll.
tus in alta polorum ascendens capti
vitatem nostram quam duxit victrice cap
tiva tribue quesumus ut dona que suis par
ticipibus contulit largiatur et nobis
iesus christus qui tecum. In die redeun
tes dicitur ympnus. Salve festa dies to
quibus finitis in medio ecclesie dicatur V.
Ascendo ad patrem meum. Collecta
Da nobis quesumus omnipotens deus illuc sub
sequi tuorum membra fidelium quo ca
put nostrum principium que precessit iesus
christus filius tuus. Qui tecum. Sequitur
an. O rex glorie. In introitu in ecclesiam
Viri galilei quid. Ad sextam Cap.

Et cum hec dixisset videntibus illis
elevatus est et nubes suscepit eum
ab oculis eorum Deo. R. Ascendens xpistus
in altum alla alla V. Captivam dux
it captivitatem alla V. Ascendo ad patrem
Viri galilei quid statis Ad iii. cap.
aspicientes in celum sic ihesus qui
assumptus est a vobis in celum sic ve
niet quemadmodum vidistis eum eun
tem in celum Deo. R. Ascendo ad patrem
meum et patrem vestrum alla alla V.
Deum meum et deum vestrum alla V. Dominus
in celo alla Coll. ut s. Ad sext. V.
Videntibus illis ps. Dixit dominus An.
Omnia ... ps. Confitebor Ant.
galilei ps. Beatus vir An. Sic veniet
quemadmodum vidistis eum euntem in ce
lum alla ps. Laudate pueri An. Elevatis
manibus ps. In exitu israel Capitulum
Accipietis virtutem supervenientis
spiritus sancti in vos et eritis mihi testes
in ierusalem et in omni iudea et samaria
et usque ad ultimum terre Deo. R. Omnis
pulcritudo domini Ymnus Festum nunc celebre
V. Ascendit deus in iubilatione Ad magnificat
O rex glorie domine virtutum qui trium
phator hodie super omnes celos ascen
disti ne derelinquas nos orphanos
sed mitte promissum patris in nos spiritum
veritatis alla Coll. Concede quesumus
Feria sexta Invitatorium Alla Regem
ascendentem An. Exaltare domine in vir
tute tua cantabimus et psallemus
virtutes tuas alla ps. Domine in virtute
An. Exaltabo te domine quoniam suscepisti
me alla alla ps. Exaltabo An. Ascendit deus
in iubilatione et dominus in voce tube alla
ps. Omnes gentes V. Ascendens xpistus in altum
Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile que
cepit ihesus facere et docere usque in diem
qua precipiens apostolis per spiritum sanctum
quos elegit assumptus est. Quibus
prebuit se ipsum vivum post passio
nem suam in multis argumentis per dies
xl. apparens eis et loquens de reg
no dei. Et convescens precepit eis ab
ierosolimis ne discederent sed expecta
rent promissionem patris quam audistis
inquit per os meum. Tu. R. Exaltare
domine alla in virtute tua alla V. Can
tabimus et psallemus. In virtute Lc.
Quia iohannes quidem baptizavit
aqua vos autem baptizabimini spiritu
sancto non post multos hos dies. Igitur
qui convenerant interrogabant eum
dicentes domine si in tempore hoc resti
tues regnum israel. Dixit autem eis
Non est vestrum nosse tempora vel momen
ta que pater posuit in sua potestate. Sed
accipietis virtutem supervenientis spiritus
sancti in vos et eritis michi testes
in ierusalem et in omni iudea et sama
ria usque et ad ultimum terre. Tu. R.
Ascendens in altum alla captivam
duxit captivitatem. Dedit dona
hominibus alla alla V. Ascendit deus
in iubilatione et dominus in voce tube

Et cum hec dixisset videntibus illis
elevatus est et nubes suscepit eum ab
oculis eorum. Cumque intuerentur in celum eun-
tem illum ecce duo viri astiterunt iuxta
illos in vestibus albis, qui et dixerunt
viri galilei quid statis aspicientes
in celum. Hic ihesus qui assumptus est a vo
bis in celum sic veniet quemadmodum vi
distis eum euntem in celum. Ev. R. Non turbe
tur cor vestrum ego vado ad patrem
et dum assumptus fuero a vobis
mittam vobis alla spiritum veritatis
et gaudebit cor vestrum alla. V. Nisi
ego abiero paraclitus non veniet. Spiritum. V. Ascendo
V. Ascendo ad patrem meum. Ad laud. an.
201 Videntibus illis. Cap. Primum quidem. 201
V. Dominus in celo. Ad Ben. a. Ascendo ad
patrem meum et patrem vestrum deum meum
et deum vestrum alla. Coll. Concede quesumus 201
omnipotens deus. Suff. ut supra. Ad horas
per totam ebdomadam ut in die. Ad ve. an.
Alla. ps. Confitebor. cum ceteris. Cap.
Accipietis. hymnus. Festum nunc. V. Ascendit
deus in iubilacione. Ad magnificat. Dominus quidem
ihesus postquam locutus est eis assumptus
in celum et sedet a dextris dei alla.
Coll. et alia oratio ut supra. Ad ant. de domina
Regina celi. V. Ora pro nobis. Col. Concede
nos. Sabbato. Invitatorium ut supra. An.
Alimnis exaltatus est alla super omnes
celos alla. ps. Dominus regnavit exultet. an. Dominus in
syon alla magnus et excelsus alla.
V. Dominus regnavit. mag. an. Dominus in celo alla
paravit sedem suam alla. ps. Dominus IV

V. Ascendo ad patrem meum. Lectio prima.
In diebus illis exsurgens petrus
in medio fratrum dixit. Erat autem tur-
ba hominum simul fere centum viginti. Vi
ri fratres oportet impleri scripturam, quam
predixit spiritus sanctus per os david de iu
da, qui fuit dux eorum. Eum apprehe-
derunt ihesum qui connumeratus erat in
nobis et sortitus est sortem ministerii
huius. Ev. R. Ponis nubem ascensum
tuum domine. Qui ambulas super pennas
ventorum alla. V. Qui facis angelos tuos
spiritus et ministros tuos flammam ignis.
Et hic quidem possedit agrum. Lectio ii.
de mercede iniquitatis et suspensus
crepuit medius. Et notum factum est
omnibus habitantibus in ierusalem, ita ut
appellaretur ager ille lingua eorum
acheldemach, hoc est ager sanguinis.
R. Non turbetur cor vestrum ego vado
ad patrem et mittam vobis spiritum veri-
tatis. Et ille nos docebit que sunt per
fecta vite alla. V. Nisi ego abiero
paraclitus non veniet. Dum assump
tus fuero mittam vobis eum. Et. Lectio iii.
Scriptum est enim in libro psalmorum
fiat commoratio eius deserta et non
sit qui habitet in ea, et episcopatum eius
accipiet alter. Oportet ergo ex hiis vi-
ris qui nobiscum congregati sunt in
omni tempore quo intravit et exivit
inter nos dominus ihesus incipiens a bap-
tismate iohannis usque in diem qua as-
sumptus est a nobis testem resurrectionis

eius nobis piis sicut dum existis. V. Ite in
orbem. R. Tempus est ut revertar ad
eum qui me misit dicit dominus nolite vos
tristari nec turbetur cor vestrum. Rogo pro
vobis patrem ut ille vos custodiat alleluia
alleluia. V. Nisi ego abiero. Pacem meam
do vobis pacem relinquo vobis. Rogo.
V. Ascendens Christus in altum. Ad laudes psalmi
[antiphona] Viri galilei intuentes. Psalmi cum reliquis ut supra. Ad
Benedictus antiphona. Domine si in tempore hoc restitues
regnum israel dixit autem eis non est
vestrum nosse tempora vel momenta que pater
posuit in sua potestate alleluia. Collecta [illegible]
ut supra. Ad iii. Ecclesia an. Festa dei se
mitte. Dominica infra octavas ascensio-
nis. Ad vesperas an. Alleluia. ps. Laudate.
Cap. Multitudinis credentium. R. Spiritus
paraclitus. Ymnus. Festum nunc celebre. V. Ascendit
deus in iubilatione. Ad magnificat an. Pater ma-
nifestavi nomen. Coll. Concede quesumus
o. deus. Invitatorium. ps. an. V. ut in noc-
te ascensionis. Secundum Iohannem.

In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Cum venerit
paraclitus quem ego mittam vobis a patre
spiritum veritatis qui a patre procedit ille
testimonium perhibebit de me. Et reliqua. Bede.
Ex multis sacre scripture locis et beneficiis
discipuli ante adventum sancti spiritus mi-
nus capaces erant ad intelligendum
archana divine sublimitatis minus
fortes ad tolleranda adversa huma-
ne feritatis. Sed eis adveniente
spiritu sancto in augmento divine agnicionis
data est constancia vincendi

[illegible] R. Omnis 206
Unde illis promissionem. Multitudo. Lectio ij.
Omelia unde dicitur cum venerit pa-
raclitus quem ego mittam vobis a patre
spiritum veritatis qui a patre procedit ille
testimonium perhibebit de me et vos testi-
monium perhibebitis. Respondit autem in
primis quod dominus spiritum veritatis et a patre mit-
tendum esse testatur et eundem mox
a patre procedere subiungit. Non quod idem
spiritus aliud a patre procedit quam a filio
mittitur aut alio tempore a patre procedit
quam a filio mittitur. Tu autem. R. Ascendens in al.
Sed ideo filium eum a se mitti lectio iij
et a patre dicit procedere ut aliam patris
aliam esse sui personam designet ac
in eadem distinctione personarum unam
esse operatione ac voluntate sua
cum patris voluntate et operatione de-
monstraret. Cum enim se spiritus sanctus ad
hominibus mitti predicto spiritus a patre
mitti et a filio procedit a patre procedit
et a filio et eius missio ipsa proces-
sio est qua a patre procedit et a filio.
Tu autem. R. Ite in orbem. V. Ascendit Christus in al.
Ad laudes an. Videntibus illis. ni
ctis. Cap. Karissimi estote prudentes
et vigilate in orationibus vestris ante
omnia autem mutuam in vobismetipsis
continuam karitatem habentes quia cari-
tas operit multitudinem peccatorum. V.
V. Dominus in celo. Ad Benedictus an. Cum ve-
nerit paraclitus quem ego mittam vobis
a patre spiritum veritatis qui a patre pro

cedit ille testimonium perhibebit de me alla
et vos testimonium perhibebitis quia ab initio me
cum estis alla Collecta Omnipotens sempi
terne deus fac nos tibi semper et devotam
gerere voluntatem et maiestati tue sin
cero corde servire Per Ad vesperas de ascensione
Omnia ut in matutinis [204] V. Ascendo ad patrem Coll
Concede quesumus o. d. [204] Hoc repressio fiunt
usque diem Iovis in vigilia ad vesperas an alla Sed dixit
dominus in cenis Cap Siquis loquitur
quasi sermones dei si quis ministrat tamquam
ex virtute quam deus amministrat ut in om
nibus honorificetur deus per ihesum christum
dominum nostrum Ad tercias et ut supra
ad magnificat an Cum venerit paraclitus
quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis
qui a patre procedit ille testimonium perhi
bebit de me alla Coll dol' Addi
anth O rex glorie [204] V. Ascendens christus in al.
Coll Concede quesumus o. d. Hic ordine pre
notato scilicet an ps et V. per totam ebdoma
dam repetantur preter de an que
notantur singulis diebus dicende an
pariende scilicet ad magnificat et ad benedictus
feria iii Invitatorium an et ps V. ut
in sexta die ascensionis Lectio prima

Et statuerunt duos ioseph qui
vocabatur barsabas qui cog
nominatus est iustus et mathiam ora
tes dixerunt Tu domine qui corda omnium
nosti ostende quem elegeris ex hiis
duobus unum accipere locum ministerii
huius et apostolatus de quo prevarica
tus est iudas ut abiret in locum
suum Et dederunt eis sortes et cecidit sors
super mathiam et annumeratus est cum undecim apostolis Tu R. super mathiam
Exaltare domine alla Invitate Lectio ii
Et dum complerentur dies penthe
costes erant omnes pariter in eodem lo
co et factus est repente de celo sonus
tamquam advenientis spiritus vehementis
et replevit totam domum ubi erant
sedentes et apparuerunt illis dispertite
linguae tamquam ignis seditque super
singulos eorum et repleti sunt omnes
spiritu sancto et ceperunt loqui variis
linguis prout spiritus sanctus dabat elo
qui illis Tu [208] R. Ascendens in altum Lectio iii
Erant autem in ierusalem habitantes iu
dei viri religiosi ex omni natione
que sub celo est Facta autem hac vo
ce convenit multitudo [208] et mente confusa
est quia audiebat unusquisque ling
ua sua illos loquentes Stupebant
autem omnes et mirabantur dicentes
Nonne ecce omnes isti qui loquuntur
galilei sunt et quomodo nos audivimus
unusquisque linguam nostram in qua na
ti sumus Tu R. Non turbetur [208] cor V.
Ascendens christus in al. Laudes sola an
videntibus [204] Cap et V. ut supra ad
benedictus an [208] Ascendo ad patrem Coll
Concede [204] quesumus omnipotens deus Addi de sancta
et de sancto iohanne de pace et de omnibus
sanctis Ad horas ut supra ad magnificat an
Dominus quidem [208] ihesus Coll et alia omnia
ut supra feria iii Invitatorium an
ps et V. ut supra [illegible] lectio

Stans autem petrus cum undecim le-
vavit vocem suam et locutus est eis: Vi-
ri iudei et qui habitatis ierusalem universi
hoc vobis notum sit et auribus per-
cipite verba mea. Non enim sicut vos
estimatis ebrii sunt cum sit hora diei
tertia. Sed hoc est quod dictum est per prophetam
iohel: Et erit in novissimis diebus
dicit dominus effundam de spiritu meo super
omnem carnem et prophetabunt filii vestri
et filie vestre. Ev. R. Repromissionem(?) inbe- Lc. ij
Et iuvenes vestri visiones vide-
bunt et seniores vestri somnia som-
niabunt. Et quidem super servos me-
os et super ancillas meas in di-
ebus illis effundam de spiritu
meo et prophetabunt et dabo prodigia
in celo sursum et signa in terra de-
orsum sanguinem et ignem et vaporem
fumi. Sol convertetur in tenebras et
luna in sanguinem antequam veniat
dies domini magnus et manifestus.
Et omnis quicumque invocaverit no-
men domini salvus erit. Ev. R. Non tur-
Viri israhelite audite verba. Lc. iij
verba hec: ihesum nazarenum virum
approbatum a deo in vobis virtutibus
et prodigiis et signis que fecit per il-
lum deus in medio vestri sicut vos scitis
hunc diffinito consilio et prescientia dei
traditum per manus iniquorum affli-
gentes interemistis. Quem deus susci-
tavit solutis doloribus inferni iuxta
quod impossibile erat teneri illum ab eo.

Ev. R. Tempus est ut vadam ad patrem.
Laudes sola an. Cumque intuerentur. Ce-
tera omnia ut supra. Ad Benedictus an.
Rogabo patrem meum et alium paracli-
tum dabit vobis alleluia. Oratio. Cetera om-
nia ut supra. Ad Magnificat. Vado pa-
rare vobis locum et iterum venio ad vos
alleluia et gaudebit cor vestrum alleluia alleluia.
Collecta. Concede quesumus omnipotens deus. Feria
Cetera omnia ut supra. Feria vi. Invitato-
rium. Ps. Venite. ut in festo die. Epistola.
David enim dicit timati est lo
in eum: providebam dominum coram me semper
quoniam a dextris est mihi ne commovear.
Propter hoc dilatatum est cor meum et
exultavit lingua mea et caro
mea requiescet in spe. Quoniam non de-
relinques animam meam in inferno nec
dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vite reple-
bis me cum iocunditate faciei tue. R.
Viri fratres liceat audacter dicere
ad vos de patriarcha da-
vid quoniam et defunctus est et sepultus
est. Et sepulchrum eius apud nos
est usque in hodiernum diem. Propheta
igitur cum esset et sciret quia iure-
iurando iuraverat illi deus de fruc-
tu lumbi eius sedere super sedem eius
providens locutus est de resurrec-
tione christi. Ev. R. Ascendens. Lc. iij
Quia neque derelictus est in inferno
neque caro eius vidit corruptionem.
Hunc ihesum suscitavit deus cui

nos omnes testes sumus. Dextra igitur
dei exaltatus et promissione spiritus sancti
accepta a patre effudit hunc quem vos
videtis et auditis. Non enim David
ascendit in celum. Dicit autem ipse: Dixit
dominus domino meo sede a dextris meis
donec ponam inimicos tuos scabel-
lum pedum tuorum. R. Non turbetur.
Laudes ut supra. Ad bened. anth. Domine
si [illegible] cetera omnia ut supra. In octava
Ascensionis domini. Ad vesperas an. Alleluia
ps. Dixit dominus cum ceteris. Cap.
Multitudinis credentium. R. Iste in
orbem. Ymnus. Festum nunc. V. Ascendit
deus in iubilatione. Ad magnificat anth.
Pater manifestavi nomen. Coll.
Concede quesumus omnipotens deus. Complet.
ut supra. Invit. an. ps. V. ut ipso
die. Omelia secundum Marcum.

In illo tempore recumbentibus unde-
cim discipulis, apparuit illis Jesus,
et exprobravit incredulitatem
illorum et duritiam cordis, quia hiis
qui viderant eum resurrexisse a
mortuis non crediderunt. Et reliqua. Omelia.
Et dominus quidem Jesus postquam [illegible]
locutus est eis, assumptus est in
celum et sedet a dextris dei. In veteri
testamento cognovimus quod Helie-
yas sit raptus in celum. Sed aliud
est celum aereum, aliud ethereum.
Celum quippe aereum terre est proxi-
mum. Unde et aves celi dicimus,
quia eas volitare in aere videmus.
In

In celum itaque lc. ij. [illegible]
aereum Helyas sublevatus est
ut in secretam quandam terre regione
repente duceretur. Ubi in magna
iam carnis et spiritus quiete viveret quousque
ad finem mundi redeat. Ille mortem
enim distulit, non evasit. Redemp-
tor autem noster quia non distulit, supera-
vit eamque resurgendo consumpsit
et resurrectionis sue gloriam ascen-
dendo declaravit. Tu autem. R. Ascendens.

Notandum quoque est quod lc. iij.
Helyas in curru igneo legitur
ascendisse ut videlicet aperte mon-
straretur quod homo purus adiuto-
rio egebat alieno. Per angelos
quippe illa facta et ostensa sunt, ut
morti debitum redderet, quia hinc ce-
lum quidem aereum purus ascende-
re poterat, quem nature sue infirmi-
tatis gravabat. Redemptor autem
noster non curru, non angelis sub-
levatus esse legitur, quia qui
fecerat omnia nimirum supra virtute
ferebatur. Tu autem. R. Iste in orbem. V.
Ascendo ad patrem. Laudes. Vide-
ntibus cum ceteris. Cap. Primum quidem.
V. Dominus in celo. Coll. Concede quesumus
omnipotens deus. Hoc tenendum est ut ipso
die. In vesperis his an. ps. de die.
Cap. Accipietis virtutem. Ymnus
ut supra. An. Ad magnificat. O rex glorie. Coll.
Concede quesumus omnipotens deus. Feria vi.
Invitat. an. ps. V. ut in ipso die.

Certissime. Hystoria ascensionis. Lectio i.
sciat omnis domus israel quia et
dominum eum et christum deus fecit hunc
ihesum quem vos crucifixistis. His
auditis compuncti sunt corde et dixerunt
ad petrum et ad reliquos apostolos
quid faciemus viri fratres. Petrus
vero ad illos penitenciam inquid
agite et baptizetur unusquisque
vestrum in nomine ihesu christi in remis-
sionem peccatorum vestrorum et accipietis
donum spiritus sancti. Tu. R. Exaltare domine
Lectio ii. Vobis enim est repromissio et filiis
vestris et omnibus qui longe sunt
quoscumque advocaverit dominus deus noster.
Aliis eciam verbis pluribus testificatus
est et exhortabatur eos dicens
Salvamini a generacione ista prava.
Qui ergo receperunt sermonem eius
et baptizati sunt et apposite sunt
in illa die anime circiter tria milia.
Tu. R. Ascendens in altum. Lectio iii.
Erant autem perseverantes in doctri-
na apostolorum et communicacione fractionis
panis et oracionibus [illegible] Fie-
bat omni anime timor. Multa quoque
prodigia et signa per apostolos fiebant
in ierusalem et metus erat magnus
in universis. Omnes eciam qui credebant
erant pariter et habebant omnia communia
possessiones et substancias vendebant
et dividebant omnibus prout cuique
opus erat. Tu. R. Non turbetur 208
Laudes. Antiphona. Videntibus illis. Cap.

Iohannes quidem baptizavit aqua
vos autem baptizamini spiritu sancto
non post multos hos dies. Deo gracias.
V. Dominus in celo. Ad Benedictus. Vado parare 209
Coll. dominical. Omnipotens deus. Suf. Addi-
de cruce et de sancto iohanne de spiritu sancto
pro pace et de omnibus sanctis. Tunc v.
coll. Concede. Ad horas antiphona ut supra.
Habentes ponti- Ad iii. Cap.
ficem magnum qui penetravit
celos ihesum cristum filium dei tene-
amus confessionem eius. Deo gracias. R.
et V. de capitulo. Coll. dominical.
Cristus qui des- Ad vi. Cap.
cendit ipse est qui et ascendit
super omnes celos ut adimpleret
omnia. Deo gracias. Ad nonam Capitulum.
Unicuique vestrum data est gracia
secundum mensuram donacionis christi
propter quod dicit ascendens in altum cap-
tivam duxit captivitatem dedit
dona hominibus. Deo gracias. Ad vesperas antiphona
Alleluia. Psalmus Confitebor. Ut retro. Cap.
Iohannes quidem baptizavit. Hymnus. Eter-
ne rex altissime. V. Ascendit deus in iubi-
Ad magnificat. Illi autem profecti predi-
caverunt ubique domino cooperante et
sermonem confirmante sequentibus
signis alleluia alleluia. Coll. dominica-
lis et suffragia ut supra. Sabbato in vi-
gilia penthecostes. Invitatorium
antiphone et psalmi, versus ut in ipsa die ascen-
sionis. Secundum Iohannem.
In illo tempore dixit ihesus discipulis

Si diligitis me mandata mea
servate et ego rogabo patrem et alium
paraclitum dabit nobis. Et. R. Oratio
Quia vigilias venture sollem-
pnitatis de adventu spiritus sancti ho-
celebramus fratres karissimi debemus et ipsi
bonis et sanctis moribus congrue sollem-
pnitati quam colimus. Ea autem solli-
mo racione adventum et illustracionem
spiritus sancti apti existimus. Si corda
nostra divino amore repleta corpora
nostra sunt divinis mancipata preceptis.
Unde et discipulis nostris ait. Si
diligitis me mandata mea servate
et ego rogabo patrem meum et ali-
um paraclitum dabit nobis. Et. R.
Paraclitus quem promissionis (208) nube. L. ij
consolator noster spiritus. Quia corda
fidelium ne inter lapsus seculi adversa
deficiant celestis vite desideriis
sublevat ac reficit atque eternis
gaudiis spirantes ipse consolari
promittit dicens. Si diligitis me
mandata mea servate. Et ego ro-
gabo patrem meum et alium pa-
raclitum dabit nobis ut maneat no-
biscum in eternum. Et. Hic dicit de
spiritu sancto quem nisi habeamus, nec
possumus diligere deum, nec manda-
ta eius servare. Et. R. Tempus est (208)
Ideo intencione bone. Lc. iij
voluntatis debemus mereri ut ipse
nobis in nobis confirmat caritatem qua
diligamus eum, et ut eum diligendo

eiusque mandata servando mereamur
accipere spiritum sanctum. Recte autem dicitur
paraclitus dicitur ut maneat nobis-
cum in eternum. In eternum autem manet
nobiscum spiritus sanctus qui est conso-
lator noster, quia in hac vita presen-
tium nos visitat et gratia sua in-
visibiliter corda nostra illustrat
et in futuro ad contemplanda presen-
tie maiestatis nos ducet. Et. R.
Iste morbem (201) Laudes Elevatis (201)
magna. Capitulum. Rogabo patrem. Collecta
oratio ut supra. Notandum quod omnes hore di-
cende sunt ante missam que hodie sunt
de aspersione. Ordo qualiter in
vigilia pentecostes officium misse
est peragendum. Primo dictis omnibus
horis legantur prophetie a sermoni-
bus incipiendum est in collectis et trac-
tibus sicut sunt in missalibus continentur.
quibus finitis post ultimam collectam
dicunt duo letaniam Kyrieleyson
qua finita alii duo processione
eunte ad fontem canunt Rex sanctorum
usque ad illum locum Aptate sanctum post-
ea sacerdos benedicat fontem quo
peracto processio redeunt ad chorum
cantando Aptate sanctum usque ad finem.
Postea cantor incipit missam
Kyrieleyson sequitur Gloria in ex-
celsis post epistolam Alleluia. V. Con-
fitemini solum tractus Laudate dominum.
Credo non dicitur. Prefatio de sancto spiritu
quare Ite missa est dicitur. Collecta oratio

modo solito compleantur. Invit'
penthecostes Ad vesperas ant'
Veni sancte spiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amoris
in eis ignem accende qui per diversi
tate linguarum cunctarum gentes in
unitate fidei congregasti alla
alla ps de die Cap Loquente
petro verbum dei ad plebem ceci
dit spiritus sanctus super omnes qui au
diebant verbum et obstupuerunt ex cir
cumcisione fideles qui venerant
cum petro quia et in naciones gra
cia spiritus sancti effusa est. R
Apparuerunt Hymnus Veni crea
tor V Emitte spiritum tuum Ad magnificat
Non vos relinquam orphanos
alla vado et venio ad vos alla
et gaudebit cor vestrum alla Coll'
Presta quesumus omnipotens deus ut clarita
tis tue super nos splendor ef
fulgeat et lux tue lucis cor
da eorum qui per tuam gratiam renati
sunt sancti spiritus illustracione con
firmet. Per. Ad completorium ymnus
Beata nobis gaudia Ad nunc di
mittis Alla Spiritus paraclitus
alla ille vos docebit omnia alla
alla Cetera modo solito Nota si fest
alicuius sancti in hac vigilia evenerit
de eo agatur in crastino ut in vigilia as
censionis ordinatum est de sol
lempnitate sanctorum que hac ebdomada
evenerit. Et ad modum in ebdomada pas
chali ordinatum est Ad matutinum
Alla Spiritus domini reple Invitatorium
vit orbem terrarum venite adoremus
alla ps Venite An Factus est re
pente de celo sonus advenientis
spiritus vehementis alla alla ps Mag
nus dominus An Confirma hoc deus
quod operatus es in nobis a templo
sancto tuo quod est in ierusalem alla alla
ps Exurgat An Emitte spiritum tuum
et creabuntur et renovabis faciem
terre alla alla ps Benedic anima mea V
Loquebantur variis linguis apostoli
In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis
Si quis diligit Secundum Johannem
me sermonem meum servabit Et pater
meus diliget eum et ad eum veni
emus et mansionem apud eum facie
mus et reliqua Omelia beati Gregorii pape
Libet fratres karissimi euangelice verba
leccionis sub brevitate transcurre
re ut post diucius liceat in contem
placione tante solempnitatis im
morari. Hodie namque spiritus sanctus re
pentino sonitu super discipulos ve
nit mentesque carnalium in sui amore
permutavit Et foris apparentibus
linguis igneis intus facta sunt corda
flammancia Quia dum deum in ignis
visione susceperunt per amorem sua
viter arserunt. R Dum con
plerentur dies penthecostes erant
omnes pariter dicentes alla et sub
ito factus est sonus de celo alla

Tamquam spiritus torrens replevit totam
domum alla alla V Repleti sunt omnes
spiritu sancto et ceperunt loqui Tamquam
Ipse namque spiritus sanctus amor est C ij
Unde et iohannes dicit Deus caritas est
Cum ergo mente integra deum deside
rat profecto iam habet quem amat. nemo ei
quisquam deum posset diligere si eumque
diligeret non haberet. Ecce si unus=
quisque vestrum requiritur an diligat
deum toto fiducia et secura mente
respondet diligo In ipso autem lectio
nis exordio audistis quid veritas
dixit Si quis diligit me sermo
nem meum servabit Tu R Repleti
sunt omnes spiritu sancto et ceperunt lo
qui prout spiritus sanctus dabat eloqui
illis et convenit multitudo dicentium
alla V Loquebantur variis linguis
apostoli magnalia dei prout Lc iij
Probatio ergo dilectionis exhibi
tio est operis. Hinc in epistola sua
idem Iohannes ait Qui dicit quia
diligo deum et mandata eius non
custodit mendax est. Vere enim
diligimus si mandata eius serva=
mus. Vere enim diligimus si a suis
nos voluptatibus coartamus. Nam
qui adhuc per illicita desideria de
fluit profecto deum non amat quia ei in
sua voluntate contradicit. Et pro
mens diliget eum et ad eum venie
mus et mansionem apud eum facie
mus Tu R Apparuerunt apostolis

dispertite lingue tamquam ignis alla
Seditque supra singulos eorum spiritus
sanctus alla alla V Loquebantur variis
linguis apostoli magnalia dei Se
ditque V Spiritus domini replevit Laudes
Dum complerentur dies penthecos
tes erant omnes pariter dicentes alla
b An Repleti sunt omnes spiritu sancto et cepe
a runt loqui alla An Spiritus domini re
plevit orbem terrarum alla An
Fontes et omnia que moventur in aquis
ympnum dicite deo alla An Loque
bantur variis linguis apostoli ma
gnalia dei alla alla alla Cap
Cum complerentur dies penthe
costes erant omnes discipuli pariter
in eodem loco et factus est repen
te de celo sonus tamquam advenientis
spiritus vehementis et replevit totam
domum ubi erant sedentes Deo gratias R
Verbo domini celi firmati sunt alla Ad Benedictus
Si quis diligit me sermonem
meum servabit et pater meus diliget
eum et ad eum veniemus et mansio
nem apud eum faciemus alla Col
Deus qui hodierna die corda
fidelium sancti spiritus illustratione
docuisti da nobis in eodem spiritu recta
sapere et de eius semper consola
tione gaudere. Per Ad horas an
de laudibus Ad primam hymnus Veni
creator spiritus qui dicitur per totam sep
timanam Ad tertiam hymnus Nunc
sancte nobis spiritus V Os lingua mens

lans Iste v(er)sus deb(et) addi ad
o(mn)es ho(r)as p(er) to(ta)m ebdo(mada)m Cap(itulum)
Apparuerunt ap(osto)lis dispertite lin
gue tamq(uam) ignis seditq(ue) sup(er)
singulos eo(rum) sp(iritu)s s(an)c(tu)s Ad R(esponsorium)
Emitte sp(iritu)m tuu(m) et creabu(n)tur alla
alla V(ersus) Et renovabis facie(m) t(er)re
alla alla V(ersus) Loqueban(tu)r variis
Coll(ecta) Deus qui hodierna Ad as
p(er)gendu(m) ps(a)l(mu)m ca(n)t(at)ur Vidi aq(uam)
V(ersus) D(omi)ne apud te est fons vite Coll(ecta)
Concede q(uaesumu)s o(mn)ip(oten)s deus ut q(ui)
sollempnitate doni sp(iritu)s s(an)c(t)i co
lim(us) celestib(us) desideriis accen
si fonte vite sitiam(us) Dom(inum) R(esponsorium)
Ad p(ri)m(am) Apparuerunt V(ersus) Repleti
Deus qui ap(osto)lis tuis s(an)c(tu)m Coll(ecta)
is paraclitu(m) sp(iritu)m s(an)c(tu)m in ignis f(er)
vore tui amoris mitt(er)e digna
tus es da p(o)p(u)lis tuis in unitate
fidei fideles ut in fide inveniam(ur)
stabiles et in op(er)e efficaces P(er)
Ben(edictus) Salve festa dies usq(ue) ad
mediu(m) e(st)ne Sequ(itu)r ym(nu)s Veni
creator sp(iritu)s V(ersus) Sp(iritu)s d(omi)ni reple
Presta q(uaesumu)s d(omi)ne ut a n(ost)ris mentib(us)
sp(iritu)s s(an)c(tu)s carnales amoveat
affect(us) et sp(irit)ualia nob(is) dona po
tent(er) infundat p(er) Ad iij in cap(itu)
li a(n)t(iphona) Dum completi s(un)t Ad vi Cap(itulum)
Facta aut(em) hac voce convenit mul
titudo et mente confusa est q(uonia)m au
diebat unusq(ui)sq(ue) lingua sua
illos loquentes magnalia dei Ad

R(esponsorium) Loqueban(tu)r variis linguis ap(osto)li
alla alla V(ersus) Magnalia dei alla
alla V(ersus) Sp(iritu)s d(omi)ni re(plevit) Ad no(nam) Ca(pitulum)
Stupebant o(mn)es et mirabant(ur)
ad invice(m) dicentes Nonne ecce
isti qui loqu(u)nt(ur) galilei s(unt) et quo
nos audivim(us) unusquisq(ue) lingua(m)
sua(m) in qua nati sum(us) Ad R(esponsorium) Sp(iritu)s
d(omi)ni replevit orbe(m) t(er)rar(um) alla
alla V(ersus) Et h(oc) q(uo)d co(n)tinet o(mn)ia scien(tiam)
h(abe)t vocis alla alla V(ersus) Verbo d(omi)ni celi
Ad v(espera)s a(n)tiph(on)a cap(itulum) p(er) to(ta)m ebdo(mada)m
d(omi)n(ica) ad hor(as) s(icu)t c(um) i(n) matut(inis) sibi
specialia hab(e)nt In s(e)c(un)dis v(esperis) a(n)t(iphona)
Du(m) complerent(ur) Cu(m) reliq(ui)s p(re)t(er)
iiij(um) p(ro) q(u)a dicit(ur) Ey qui lin
guis loqu(u)nt(ur) nonne galilei s(unt)
et serpentes tollant alla P(ro) do
minicales Cap(itulum) Iudei q(uo)q(ue) et p(ro)s
eliti cretes et arabes audivim(us) eos
loquentes n(ost)ris linguis magna
lia dei R(esponsorium) Repleti s(un)t Ym(nu)s Veni
creator V(ersus) Emitte sp(iritu)m Ad m(a)g(nifica)t
Hodie (com)pleti s(un)t dies penthecos
tes alla Hodie sp(iritu)s s(an)c(tu)s in igne
discipulis apparuit et tribuens eis
karismatu(m) dona misit eos
in univ(er)su(m) mundu(m) p(re)dicare et tes
tificare qui crediderit et baptiza
tus fuerit salvus erit alla Coll(ecta)
ut s(upra) Completo(riu)m ut s(upra) Ab
hac die usq(ue) ad octava(m) penth(ecostes)
i(n) mat(utinis) et i(n) vesp(er)is Invitat(orium)
a(n)t(iphona) p(salmu)s cap(itulum) et V(ersus) sic(ut) d(omi)n(ic)a ut

feria ii die penthecostes pr. an. ad benedictus et
ad magnificat et coll. specialis que quorum die
manant feria secunda Secundum iohannem
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis Sic enim
deus dilexit mundum ut filium suum
unigenitum daret ut omnis qui credit
in eum non pereat sed habeat vitam eternam
Salvator noster fratres. Et reliqua. Omelia bede
Salvator qui ad redemptionem humani
generis in hunc mundum venire satis
evidenter evangelicis sermonibus
insinuare dignatus est dicens
Sic enim deus dilexit mundum ut filium
suum unigenitum daret. Et R. Reple-
ti sunt omnes spiritu sancto Lectio secunda
Que enim maior dilectio valet
ex dilectione dei patris qui ad sa-
lutem et redemptionem humani generis
unigenitum filium suum mittere voluit
quia in prevaricatione primi hominis y-
mago dei in omnibus hominibus co-
maculata aliter reformari nequaquam
potuit nisi ipse dei filius cum omni
sancto spiritu manens cum patre in hunc mun-
dum veniret et homo fieri dignaretur
Et R. Iam non dicam vos servos
sed amicos meos quia omnia cognovi-
stis que operatus sum in medio vestri
alleluia Accipite spiritum sanctum in vobis
paraclitum ipse est quem pater mittet vobis
alleluia V. Quorum remiseritis peccata re-
mittuntur eis Accipite Lectio tertia
Magna misericordia fratres mei quod
ipse dei filius de sinu patris ad
nos salvandos et liberandos venire
dignatus est Ideoque non negli-
gamus tam magnam et inmensam
munificentiam conditoris nostri ne simus
ingrati tante benignitatis Sed cum
omni sollicitudine et devotione dig-
nis et sanctis moribus vivere debi-
tas ei gratias in confessione vere
fidei reddere studeamus eiusque
voluntatis mandata in omnibus quantum
possimus ipso largiente adim-
plere curemus qui cum. R. Ultimo fes-
tivitatis die dicebat ihesus Qui
in me credit flumina de ventre eius
fluent aque vive Hoc autem dixit
de spiritu quem accepturi erant creden-
tes in eum alleluia alleluia V. Qui sitit ve-
niat et bibat et de ventre eius flu-
ent aque vive Hoc autem Ad lau-
des an. Dum complerentur solito Cap.
Aperiens petrus os suum dixit viri
fratres et precepit nobis dominus predi-
care populo et testificari quia ipse est
qui constitutus est a deo iudex vi-
vorum et mortuorum Deo gratias V. Verbo domini ce.
Ad benedictus Sic deus dilexit mundum
ut filium suum unigenitum daret ut
omnis qui credit in ipso non pereat sed ha-
beat vitam eternam Collecta
Deus qui apostolis tuis sanctum dedisti
spiritum concede plebi tue pie peti-
tionis effectum ut quibus dedisti fi-
dem largiaris et pacem Per. Hore
diurne ut dominica In vesperis omnes antiphone

P^s Spe scis.

ps cap̄ p totam ebdom sicut in ipso
die ad primam h' et v' ut ipso die per
totam ebdom. Ad magnificat an. Sic enim
dilexit deus filium suum in mundum ut non iu-
dicet mundum sed ut salvetur mundus
per ipsum alleluia. Coll' ut supra. Completorium
ut supra usque ad festum trinitatis.
Feria iii. Invitatorium an ps et v' ut
supra. V' Spiritus domini. Ev. Johannem.
In illo tempore dixit ihesus phariseis Amen amen
dico vobis qui non intrat per hos-
tium in ovile ovium sed ascendit aliun-
de ille fur est et latro. Qui autem
intrat per hostium pastor est ovium.
Verba sancti ewangelii. Bede
Alii scilicet heretici ita recte intelligunt
Si cum superioribus simul requirantur
et tota concordia conveniet. Cum de-
buit anteriora cum sequentibus quasi
vitans loqui. In iudicium enim ve-
ni in hunc mundum. Venit enim medi-
ator dei et hominum in iudicium in hunc
mundum ut discretionem nos doceret
scilicet inter bonum et malum inter iusti-
ciam et iniusticiam inter vitam et mor-
tem inter lucem et tenebras inter discre-
tione peccatis contra precepta ea que
sunt iusta et deo placita exercere stu-
deamus. Tu. R. Disciplinam et sapi-
enciam docebat eos dominus firmavit
in illis graciam spiritus sui Et intellectu
implevit corda eorum alleluia alleluia. V'
Spiritus domini replevit orbem terrarum
et hoc quod continet omnia scienciam habet vocis.

Unde hiis verbis subiunxit. Lc. ii.
Quod audistis Amen amen dico
vobis qui non intrat per hostium in ovi-
le ovium sed ascendit aliunde ille
fur est et latro. Ergo qui vera
fide et sinceritate intrare nititur
in ecclesiam dei oves christi dicuntur hosti-
um autem pastorem hic christum intelli-
gere debemus quia christianum non est posse sum-
mum ovile scilicet ecclesiam sancti non dya-
boli inquiri. In quibus verbis
nos subibit docet. Tu. R. Spiritus
sanctus procedens a throno apostolorum pec-
tora invisibiliter penetravit novo
sanctificationis signo ut in ore eorum
omnium genera nasceretur linguarum alleluia.
V' Advenit ignis divinus non combu-
rens sed illuminans et tribuens eis
karismatum dona. Ut in ore. Lc iii.
Multi sunt enim qui sedulo conspectu-
ne huius vite boni dicuntur sed quid
prodest ipsa bonitas si non usque in
finem quisque bonus est. Non autem
unquam species vera et certa datur semper
nisi si mens agnoscat veram vitam
que est christus et piam vitam idem
possimus scilicet gracie quia in baptismo
accepit consequenda deo intravit in ovi-
le christi quod est ecclesia ubi fructus
bonorum operum deo ingerit. Fit na-
scat. Tu. R. Dum venit paraclitus
spiritus veritatis ille arguet mundum de
peccato de iusticia et de iudicio alleluia
alleluia. V' Nisi ego abiero paraclitus

non veniet ad vos assumptus fuero mittam vobis eum. Ille arguet. Spiritus domini

Feria iii Spiritus domini Capitulum

Cum audissent apostoli qui erant Ierosolimis quod recepisset samaria verbum dei miserunt ad eos petrum et iohannem qui cum venissent oraverunt pro ipsis ut acciperent spiritum sanctum. Ev. [illegible]

Amen amen dico vobis qui non intrat per hostium in ovile ovium sed ascendit aliunde ille fur est et latro qui autem intrat per hostium pastor est ovium alleluia. Collecta

Assit nobis quesumus domine virtus spiritus sancti que et corda nostra clementer expurget et ab omnibus tueatur adversis per. Hodie ut supra. Ad vesperas R. Loquebantur variis linguis ut supra. Ad magnificat an.

Ego sum hostium dicit dominus per me si quis introierit salvabitur et pascua inveniet alleluia. Coll. ut supra. Feria iiii Invitatorium an. ps. ut supra. Spiritus domini replevit. Ewangelium secundum Iohannem

In illo tempore dixit Ihesus turbis iudeorum. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum et ego resuscitabo eum in novissimo die. Et reliqua. Omelia

Dominus ac redemptor noster ait discipulis suis ut audistis fratres karissimi nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Quid est dicamus fratres si trahimur ad christum invitam credimus violencia exhibetur non voluntas excitatur. Intrare quis potest ecclesiam potest nolens accipere sacramentum credere autem non potest nisi volens. Quia non corpore sed corde creditur ut ait apostolus. Corde enim creditur ad iusticiam. Ore autem fit confessio ad salutem. R.

Factus est repente de celo sonus advenientis spiritus vehementis ubi erant sedentes alleluia. Et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei alleluia alleluia. V. Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis seditque supra singulos eorum.

Voluntate ergo trahimur ad christum voluntate non obligacione mentis sed delectacione. Cum fortius possimus dicere trahi hominem ad christum qui delectatur veritate; delectatur beatitudine; delectatur iusticia; delectatur vita sempiterna quod totum est christus. lc. ii

Trahit autem pater ad filium eos qui propterea credunt in filium quia eum credunt patrem habere deum. Et quia deus pater equalem sibi genuit filium. R.

Non vos relinquam orphanos venio ad vos iterum alleluia. Et gaudebit cor vestrum alleluia alleluia. V. Pacem meam do vobis dicit dominus pacem relinquo vobis. lc. iii

Qui ergo cogitat atque in fide sua sentit et intelligit equalem esse filium patri christum dominum nostrum ipsum trahit pater per fidem ad filium. Illam sequitur. Omnis qui audit a patre

& dicit veni ad me vedete quo
traxit nos per bhitudine dote
do.no iuitate inpondo doz nos
patri audiam9 nos ubn cu leg
i terna audiam9 precepta eius di
ligam9 eu et observem9 ea q
doz. ex no doz. ut diligam9
mundu & concupiscencias eius q
bissent uehud umbr. Sz eu qui
pmanet i vita eterna qd est xps
Nos ergo diligam9 eu. qr ipse p
or. dilexit nos & tradidit semetz
ipm pro nobis ad morte & nos a
dampnacione & morte liberauit
eterna. Dn. R. Loqbant varijs lin
guis apli magnalia dei alla
Prout spus sanctus dabat eloqui ill
alla alla. V. Repleti sunt omes spu
sco & ceperunt loqui prout. V. Eunt
te spm tuu. Itm de ea. Repleti s. os
Erit in nouissimis diebus Cap
dicit dns effunda de spu meo
sup omem carne & prophetabunt filii
vri & filie vre. dc. V. Verbo dni
Ad bndc. Nemo pt venire ad me
nisi pr qui misit me traxit eu
Mentes nras qs dne alla Coll.
Spus paraclitus qui a te pcedit
illuminet & inducat in omem sicut
tuus pmisit filius veritatem Qui tec
Ad vespas. R. Repleti sunt omes
cetera orant ut sup Ad magt. An
Ego sum panis viuus qui de
celo descendi si quis manducauit
ex hoc pane viuet in eternu alla
Coll. & alia orant ut sup. Feria v.
In vitatoriu cetera orant ut sup. R.
loquebant varijs. Sm lucam
In illo tpe conuocatis ihc xii
discipulis suis dedit illis uirtu
te & ptatem sup omnia demonia
ut curarent languores & misit
illos pdicare regnu dei. Et re. O.
Modo fres cu iam leget. Remig
audivim9 qr conuocatis ihc
xii aplis dedit illis uirtute & po
testate sup oia demonia & ut cu
rarent languores & misit illos
pdicare regnu dei & sanare i
firmos Fortasse eni nemo credet
hominib9 illitteratis pmittenti
bus regna celor. Ideo concessit
illis summa ptatem signor. & ti
misit pdicare regnu dei ut p
missor. magnitudine attestar
magnitudo signor. dn. R. Reple
Fideiiq dicit ut q si sunt Lc. ij.
Consta & noua faciunt qui no
ua pdicauerunt. Atq adhuc in pbilia
miracula faciunt ut corda audie
ciu ad fidem in visibiliu pertrahant
Signa no que tunc p aplos co
pabit fiebant cottidie in sca ec
clesia p stos pdicatores spualr
fiunt. Sicut in ipsis ecc quis est in sing
cor. pdicacone laborabunt ad fi
dem. Cu mortuus in peccatis quis
gra nra dni conpunctus & p cor.

erudicionem resipiscitatur ad penitenciam
et confessione peccatorum suorum dignamque
emendacione vite inuitantur eciam
Cum p conuenirent apostoli Leccio iii
Cum seductus quis a dyabolo
in fornicacione aut auaricia que
est ydolorum seruitus aut eciam quo
rundam capitalium criminum decepcione
erit de que omnia esse legi anime mori
ciunt per ordinem doctorum sunt eciam
per exempla salutaris compuncti rede-
unt ad penitenciam matris ecclesie confitentes
se ingit in maximis deliquisse
et gemitu peccatorum suorum incessabi-
liter ostendentes ieiuniis operibus suis
et elemosinis satisfactis nunc bonis
redimentes emendacionem viciorum
quibus implicati fuerant in pena
permanentes percipiunt Cum p Spiritus
sanctus V Emitte spiritum tuum Laudes
Loquebantur Cap Dum complerentur
V Verbo domini Ad Benedictus Conuoca-
tis ihesus duodecim apostolis dedit illis
virtutem et potestatem super omnia demo-
nia et ut languores curarent
et misit predicare regnum dei et sa-
nare infirmos alleluia alleluia alleluia Col
Deus qui corda fidelium Ympnus
V Spiritus sanctus cetera omnia ut supra
Ad magnificat an Audistis quia dixi
vobis vado et venio ad vos si
diligeretis me gauderetis utique
quia vado ad patrem quia pater ma-
ior me est alleluia Coll oracio ut supra

Feria sexta oracio ut supra V Secundum Lucam
In illo tempore factum est in una dierum
et ihesus sedebat docens et erant
Ubi dominus sedens erat Omelia Bede
docuit cum scribis et phariseis
consedentibus paraliticum curauit
Lucas describendi ista perhibet secundum
Matheus et Marcus qui nar-
rant eiusdem facti videntur in quan-
quidem matheus in ciuitate sua
marcus capharnaum hic eum
fecisse testantur Cu p Disciplina
Que difficultas soluetur si Leccio ii
matheus nazareth eciam nomina-
ret Aut nos quia galilea in qua
erat nazareth intelligenda ci-
uitas christi ad distinctionem vide-
licet regionis transmarine gera-
senorum de qua transfretando venit
matheus dicit venerat in galilea
Capharnaum ipsa ciuitas christi dicta
est quia non nascendo sed uirtutibus
illustrando suam ipse fecerat Ecce vi-
ri portantes in lecto hominem qui erat
paraliticus et querebant eum inferre
et ponere ante eum Cu p Iam non
Curacio paralitici significat anime Leccio iii
que post diutina illecebrose car-
nis inerciam ad christum suspiran-
tes indicat saluacionem Quatuor
omnium ministris qui eum sublevant et
christo offerant id est bonis operibus
qui spem saluacionis suggerit
indiget Qui bene marco nar-

rantes quattuor fuisse referuntur
sive quia quattuor sunt virtutes e-
vangelii libris omnibus predicandum
virtus omnisque primo firma. sive
quia quattuor sunt virtutes quibus ad
promerendam prosperitatem fiducia men-
tis erigitur. ℟ Ardentes qua-
tuor illum in medium ante ipsum
fuerunt. Cum ℟ Loquebantur V. Repleti sunt
Laudes Omnes repleti sunt. Cap.
Ecclesia autem tristabatur et conforta-
batur ambulans in timore dei et
consolacione spiritus sancti replebatur. Ad
bened. Ad Benedictus Factum est in
una dierum et ipse sedebat docens
et erant pharisei sedentes et legis
doctores qui venerant ex omni cas-
tello galilee et iudee et ierusalem et
virtus erat domini ad sanandum eos
alleluia alleluia. Coll. Da quesumus miseri-
cors deus ecclesie tue ut spiritu sancto
congregata hostili nullatenus in-
cursione turbetur. Per. In ij ℟
Loquebantur. Ad iij ant. Spiritus
sanctus procedens a throno apostolorum
pectora invisibiliter penetravit alleluia.
Psalmo ora. ut s. V. Spiritus domini
In illo tempore Surgens Sec. Lucam
Surgens ihesus de synagoga in-
travit in domum symonis. So-
crus autem symonis tenebatur
magnis febribus. Et reliqua. Ambr.
Vide clementiam domini salvato-
ris. Nec indignatione commotus

nec scelere offensus nec iniuria vio-
latus iudeam deseruit, qui etiam in-
memor iniurie memor clemencie
nunc docendo, nunc liberando, nunc
sanando plebis corda demulcet.
Et bene sanus lucas virum a spiritu ne-
quicie liberatum ante premisit et sub-
sequitur femine sanitate curari. ℟ Factus
Utrumque enim sexum est repara- In iij
turus curaturus advenerat et
prior sanari debuit qui prior cre-
atus est. nec pretermitti illa debuit
que mobilitate magis animi
quam pravitate peccaverat. Sabbato
domini medicine opera cepta signi-
ficant ut inde nova creatura
ceperit. unde vetus creatura ante de-
sivit. nec sub lege esse dei filium sed
supra legem in ipso principio designa-
ret. nec solvi legem sed adimple-
ri. Neque enim per legem sed verbo
factus est mundus. sicut legimus
verbo domini celi firmati sunt. Cum ℟
Non solvitur ergo. ℟ Non vos re- In iiij
lex sed impletur ut fiat renova-
tio hominis iam labentis. Unde
apostolus ait Expoliantes vos
veterem hominem et induite no-
vum qui secundum christum creatus est.
Et bene sabbato cepit ut ipsum se
ostenderet creatorem qui opera
operibus intexeret ut prosequeretur
opus quod ipse iam inceperat ut
si faber domum renovare dispo-

nat in consummacionis. Ez. aculminibus incipit plenius nativitate itaque ibi primus manum admonet ubi ante descendit deinde amoribus incipit donec ad maiora perveniat. Eu. R. Loquebantur ut supra. R. Ultimo festivitatis die dicebat ihesus qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum alleluia alleluia. V. Qui sitit veniat ad me et bibat et de ventre eius fluent aque vive. Ad laudes. Loquebantur. Cap. Caritas dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum qui datus est vobis. Deo. V. [illegible] dominum. Ad benedictus An. Ultimo festivitatis die dicebat ihesus qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes. Mentibus nostris quesumus domine spiritum sanctum benignus infunde cuius et sapientia conditi sumus et providentia gubernamur. Per eundem. Ad horas omnia sicut feria debet dici post missam.

In festo sancte trinitatis. Ad vesperas An. Gloria tibi trinitas equalis una deitas et ante omnia secula et nunc et in perpetuum. ps. Benedictus. An. Laus et perhennis gloria deo patri cum filio sancto simul paraclito in secula seculorum. An. Gloria laudis resonet in ore omnium patri genitoque proli spiritui sancto pariter resultet laude perhenni. An. Laus deo patri parilique proli et tibi sancte studio perhenni spiritus nostro resonet in ore omni per evum. An. Ex quo omnia per quem omnia in quo omnia ipsi gloria in secula. Capitulum. Gratia domini nostri ihesu christi et caritas dei et communicatio spiritus sancti sit semper cum omnibus nobis. Deo. R. [illegible] Hymnus. O lux beata trinitas. V. Benedicamus patrem. Ad magnificat An. Te deum patrem ingenitum te filium unigenitum te spiritum sanctum paraclitum sanctam et individuam trinitatem toto corde et ore confitemur laudamus atque benedicimus tibi gloria in secula. Coll. Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere et in potencia maiestatis adorare unitatem quesumus ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per. Ad completorium. Te lucis ante terminum. Cetera omnia sicut supra.

Invitatorium. Deum verum unum in trinitate et trinitatem in unitate venite adoremus. ps. Venite. Hymnus. Nocturno [illegible] Adesto deus unus omnipotens pater et filius et spiritus sanctus. ps. Domine dominus noster. An. Te unum in substantia trinum in personis confitemur. ps. Celi enarrant. An. Te semper idem esse vivere et intelligere confitemur. ps. Domini est terra. V. Benedicamus patrem et filium cum.

Credimus sanctam trinitatem idest patrem
et filium et spiritum sanctum unum deum om-
nipotentem, unius substantie, unius essencie,
unius potestatis, creatorem omnium creatu-
rarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia
sunt. Credimus patrem a se ipso non ab
alio, filium a patre genitum, deum verum
de deo vero, lumen verum de lumine vero.
Non tamen duo lumina sed unum lumen.
Credimus spiritum sanctum a patre et filio
equaliter procedentem, consubstantialem et co-
eternum patri et filio. Euouae. V. Benedicat
nos deus deus noster et benedicat nos
deus, et metuant eum omnes fines terre.
V. Deus misereatur nostri et benedi-
cat nos deus. Et metuant. Lectio prima.
Pater est plenus deus in se, filius
plenus deus a patre genitus,
spiritus sanctus plenus deus a patre et filio
procedens. Non tamen tres dii, sed unum deum cre-
dimus et confitemur, scilicet unum deum om-
nipotentem, eternum, invisibilem, in-
commutabilem, qui totus ubique est
presens, totus ubique, non partes di-
visus sed totus in omnibus, non localiter
sed potencialiter. Euouae. R. Benedictus
dominus deus israel qui facit mirabi-
lia solus. Et benedictum nomen ma-
iestatis eius in eternum. V. Replebitur
maiestate eius omnis terra. Fiat fiat.
Qui sine quantitate sui immu-   Lectio ii.
tabilia creavit et gubernavit cuncta
semper manens quod est, cum nichil
de esse potuit, quia simpliciter omni-

tati neque nichil addi nec minui potest,
quia semper est quod est, cum sempiternum
est esse quod est, cum idem est vivere
et intelligere. Licet tamen unus deus et unus
dominus, licet tamen idem deus et idem dominus,
vera et sempiterna trinitas in personis,
vera et sempiterna unitas in substantia,
quia una est substantia pater et filius et
spiritus sanctus. Euouae. R. Quis deus mag-
nus sicut deus noster. Tu es deus
qui facis mirabilia. V. Notam fecisti
in populis virtutem tuam, redemisti in
brachio tuo populum tuum. Tu es. In ii
nocturno antiphona. Te invocamus, te adoramus, te
laudamus, o beata trinitas. Psalmus. Conturba-
Antiphona. Spes nostra, salus nostra, honor no-
ster, o beata trinitas. Psalmus. Deus in. Antiphona. Libera
nos, salva nos, vivifica nos, o
beata trinitas. Psalmus. Magnus dominus. V.
Quis deus magnus sicut. Lectio iii.
Sic non sit trinitas nichil maius
est in tribus personis simul quam
in unitatis, quia quelibet persona semel
deus: et unaqueque persona plena
est substantia in se, non tamen tres substantie sed
una substantia, una potencia,
una essencia, una eternitas, una
magnitudo, una bonitas, unus deus
pater et filius et spiritus sanctus. Euouae. R.
Magnus dominus et magna virtus eius,
et sapientie eius non est numerus. V. Mag-
nus dominus et laudabilis nimis, et
magnitudinis eius non est finis.
Nec aliud pater est in natura quam   Lectio v.

filius et spiritus sanctus in natura. Non
aliud est filius et spiritus sanctus quam pater in na-
tura. Sed alius est pater in per-
sona alius filius in persona alius
spiritus sanctus in persona. In patre manet
eternitas in filio equalitas in spiritu san-
cto eternitatis equalitatisque conexi-
o. Ita magis pater et filius et spiritus sanctus
unus est deus opere in substancia in essentia
omnipotentia in maiestate et deitate.
Tu. Rx. Gloria patri genitaeque proli
et tibi compar utriusque semper spiritus al-
me deus unus. Omni tempore secli.
V. Da gaudiorum premia da gratiarum
munera dissolve litis vincula
astringe pacis federa. Omni. lxxvi
Sit eadem sancta trinitas inseparabilis
sed in operibus eius quedam opera
dei quibusdam personis specialiter conve-
niant. Sicut patris vox illa que de ce-
lo sonuit super Christum baptizatum hic
est filius meus dilectus in quo michi
complacui. Ad filii autem personam singula-
ritatis tantummodo pertinet susceptio carnis. Et sic
spiritus sancti persone congruit illa columbina
species in qua spiritus sanctus descendit super eundem
dei filium secundum hominem baptiza-
tum. Tamen absque omni dubitatione
illam vocem et illam columbam et Christi huma-
nitatem sancta trinitas operata est. Cuius opera
inseparabilia credenda sunt. Tu. Rx. Hono-
r virtus et potestas et imperium sit trinitati
in unitate unitati in trinitate in
perhenni seculorum tempore. V. Trinitati laus

perhennis unitati sit decus perpetim. Sup-
Caritas pater est gratia Christus communicatio
spiritus sanctus o beata trinitas. Ps. Cantate.
An. Verax pater est veritas filius ve-
ritas et spiritus sanctus o beata trinitas. Ps. Dominus
regnavit exul. An. Una igitur pater filius spiritus
paraclitusque o beata trinitas.
Ps. Cantate. V. Benedicamus. Ev. Joh.
In illo tempore erat homo ex phariseis
Nicodemus nomine princeps iudeo-
rum. Hic venit ad ihesum nocte et dixit ei
Rabi scimus quia a deo venisti magister. Et reliqua.
Sicut ex lectione evangelica. Bede presb.
fratres karissimi audistis princeps iude-
orum venit ad dominum nocte cupiens
secreta eius allocutione plenius
disci misteria fidei cuius aperta osten-
sione signorum aliquatenus iam
rudimenta perceperat. Demum quia quidem
et eadem ab illo fieri videbat nulli
nisi deo convenire sublimius ea que sub
illo querebat investigare promeruit.
Tu. Rx. Summe trinitati simplici deo
una divinitas equalis gloria coeterna
maiestas patri prolique sanctoque flamini
Qui totum subdit suis orbem legi-
bus. V. Prestet nobis gratiam deitas
beata patris ac nati pariterque spiritus almi.
Rabi inquid scimus quia a deo ve- lvii
nisti magister. Nemo enim potest hec
signa facere que tu facis nisi fuerit
deus cum eo. Ideo igitur ad magiste-
rium celeste in hunc mundum adhibendum
venisse confessus est dominum in illo

Ad aspergendum aqua[m] plu[rimum] Asperges me [et]c. Emitte sp[irit]um tuum. Oremus. Sancti sp[iritu]s q[ue]s domine corda n[ost]ra mundet infusio, et sui roris intima asp[er]sione fecundet p[er]. Omnis. Pax eterna ubique domui tue q[ue]s d[omi]ne clementer ingredere et intuor[um] cordibus fidelium operatus constitue mansionem ... q[ue] ... domus que in tua consistit edificatione sollicitudine tua fiat habitatione p[er] ...

mirabil[ia] p[ro]fundis intellexit. Nec du[m] tamen unum deum esse cognovit. Sed q[ue] que magna nova[n]t vol[un]tatis studiose doce[n]dos. Adijt merito initijs[que] veritatis eius d[omi]ne ... et humane, sed q[ue] passionis et ... sionis ... archana p[er]cepit. Tu. R[esponsorium]. Benedicamus pat[re]m et filium cu[m] s[anc]to sp[irit]u laudem[us] et sup[er]exaltem[us] eum in secula. V[ersus]. Benedictus es d[omi]ne in firmamento celi et laudabil[is] et glo[rio]s[us].

Nec du[m] modu[m] eius sci[ri]t. ... Lc[tio] iij. Nisi ingressu[m] regni celestis aliqua plena doctrina ... sacramenta d[omi]no revelante didiciat. Audit ip[s]e et dixit ei amen amen dico nob[is] tibi nisi quis natus fuerit denuo no[n] p[ot]est vide[re] regnum dei. Que sente[n]tia tanto ap[er]tius cunctis fidelibus lucid[ior] q[ue] c[on]stat, quia sine his lucis fideles esse nequeunt. Aquis et enim spiritus lavacro regenerationis remissione peccator[um] et regni regni[s] valet introire celorum. Sed nichodem[us] qui ven[it] ad d[omi]n[u]m nocte ... Du[m] huius misteria ... Nam nox in qua ven[it] ... eius qua p[re]mebat[ur] ignorantia designat. Tu. R[esponsorium]. Te deu[m] patrem ingenitum te filium unigenitum te sp[iritu]m s[an]c[tu]m paraclitum s[an]ct[am] et indiuiduam trinitate[m] toto corde confitem[ur] laudam[us] atq[ue] benedicim[us]. Tibi gl[ori]a in secula. V[ersus]. Quam magna es tu ... mirabilia tu es deus solus. T[ibi].

Hy[mnus]. Te deu[m] laudam[us]. V[ersus]. Excelsus sup[er] laud[es]. O b[ea]ta et b[e]n[e]dicta et gl[ori]osa trinitas p[ate]r et filius et sp[iritu]s s[anc]t[u]s. V[ersus]. Tibi laus tibi gl[ori]a tibi gr[ati]as actio. A[ntiphona]. O b[ea]ta et benedicta et gl[ori]osa trinitas p[ate]r et filius et sp[iritu]s s[anc]t[u]s. V[ersus]. Miserere miserere miserere nob[is]. A[ntiphona]. Overa summa sempiterna trinitas p[ate]r et filius et sp[iritu]s s[anc]t[u]s. V[ersus]. Miserere miserere miserere nobis. A[ntiphona]. Te iure laudant te adorant te glorificant o[mn]es creature tue o b[ea]ta trinitas. V[ersus]. Tibi laus. Cap[itulum].

O altitudo divitiar[um] sapie[n]tie et scie[n]tie dei q[uam] incomprehensibilia su[n]t iudicia eius et investigabiles vie eius. Deo. V[ersus]. Sit nomen d[omi]ni b[e]n[e]dict[um]. Ad b[e]n[e]d[ictus]. Benedicta sit creatrix et gubernatrix o[mn]ium sancta et indiuidua trinitas et n[un]c et s[em]p[er] et p[er] infinita s[e]c[u]lor[um] s[e]c[u]la. Coll[ecta]. Omnip[oten]s sempi[terne]. Ad p[ri]ma[m] A[ntiphona]. Gloria t[ibi] trinitas eq[ua]lis. ... Ad iij A[ntiphona]. Laus et p[er]hennis.

Tres su[n]t qui testimoniu[m] dant in celo p[ate]r et filius et sp[iritu]s s[anc]t[u]s et hij tres unum su[n]t. Deo. R[esponsorium]. Benedicamus patre[m] et filium cu[m] s[anc]to sp[irit]u. V[ersus]. Laudem[us] et sup[er]exaltem[us] eu[m] in s[ecu]la. V[ersus]. ... es d[omi]ne magnu[s]. Coll[ecta] ut s[upra]. Ad vj A[ntiphona]. Gl[ori]a laudis.

Pater manet eternitas in filio equalitas in sp[irit]u s[anc]to eternitatis equalitatisq[ue] conexio. Deo. R[esponsorium]. Qua[m] ... magna su[n]t ... V[ersus]. ... es deus qui facis mirabilia. V[ersus]. B[e]n[e]dictus es d[omi]ne. Ad ix A[ntiphona]. Laus deo patri p[er]hennis.

Qui exiuo z ppium z mipo sit Cap
omnia ipsi honor z impium in scla
sclorum Amen. So R Bndicus es dne
in firmamento celi V Et laudabilis z
gloriosus z sup exaltatus in scla In
firmamento V Ent nomine dni bn.
Col Omnipt sempit. In sedis vs eiu
dem laudibus ps Dixit dns In
cetis Cap Benedictio z claritas
et sapientia z gras actio honor virtus
z fortitudo deo nro i scla sclorum Amen
R Summe trinitati ym O lux beata
V Bndicamus patrem Ad mgt an
Te gloriosus aplorum chorus te prophe-
tarum laudabilis nus te martirum can
didatus laudat exercitus tibi omnes
electi voce confitentur vnanimes
beata trinitas vnus deus Coll. Integ-
raliter ebdomada totum officium pagit
de sancta trinitate nisi festum alicuius
sancti occurerit feria 2a in vim
an ps ut supra dic V Bndicamus
Quamuis autem hec que dicta sunt Lectio p.
de sancta trinitate ad credendum nobis
sufficiant ad infirmitatem tamen huma-
ores intellectus roborandum scripture
veteris z noui testamenti sunt dicit
autem moyses Audi isrl dominus deus
tuus vnus est Et iterum Ego sum
dominus deus tuus qui te eduxi
de terra egipti Ecce hic asseritur
vnitas diuine nature Tu R Bndi
Deus enim z dns ut ait Lectio ii
Ambrosius nomina sunt nature z po
testatis Et in alio loco Ego sum
qui sum et qui est misit me ad
vos dicens Ego sum non nos su
mus et qui est non qui sunt aptis
sime vnitate diuine sbe declarat P
sonarum etiam pluralitate z natu-
vnitate simul dns ondit dicens
faciamus hominem ad ymaginem
et similitudinem nram R Bndicamus
Cum enim ut ait augustinus Lectio iii
dicit faciamus ad nostram ondit eum
dem dm non vnam psonam plures esse
psonas dicens nram ad ymaginem
vnam ondit esse diuinam naturam Ad y-
maginem siquidem homo Et necessarium
tamen est Inprincipio creauit deus celum z
terram Sciendum est quod hebraica lin
tus hic ubi deus scribitur helohim
helohim autem est plurale istius sin
gularis hel quod interpretatur deus vel
indentes deum Responsorium de trinitate Te
dm laudamus V Nota fecisti Ad laud p
la ant O beata trinitas cetera oia ut s
Addi de dna de sco Iohe bapt. p
pace de omnibus sanctis In sedis vs
an z ps feriales cap Bndictio z clari
quidem istis tribus diebus dicitur
inos feria tercia lectio prima
Quod ergo helohim non hel dixit
moyses personarum pluralitatem
indicauit ad quem sensum etiam
refertur Eritis sicut dii per quod he
breum habet heloim quasi dicat
Eritis sicut diuine persone demeque

maxime quia psalmista super senes dedit in-
telligere natiuitatem diuine testatur vnita-
te vbi ait dominus nomen illi dicens
nobis deum vnitatem ostendit natiuitatem di-
ne Tu autem R. Magnus dominus et lectio secunda
Distinctionem ergo personarum in trinitate insinuat
dicens Benedicat nos deus deus noster be-
nedicat nos deus. Triplex itaque
confessio dei trinitatem exprimit perso-
nas. Cum vero subiungit metuant
eum omnes fines terre essencie aperit
vnitatem. Ysayas etiam dicit sera-
phin clamare Sanctus sanctus sanctus dominus
deus noster. aut dicendo sanctus tri-
nitatem. Dominus deus subiciendo vnita-
tem apte distinguit. Tu autem R. Gloria patri
Vetus david in persona filii diuinam lectio iij
generationem ostendit dicens. Dominus dixit
ad me filius meus es tu ego
hodie genui te. De hac generatione
ysayas ait generationem eius quis
enarrabit. Et in libro sapiencie
prouerbia: Antequam terra fieret ego
iam concepta eram. Nec dum mon-
tes fontes colles erant et ego
parturiebar. Et iterum ego ex ore
altissimi prodii. Hec sunt apta doctri-
na generatione testimonia. Tu autem R. Ho-
nor virtus. V. Benedicamus. Ad laudes
sola antiphona. O beata ij. Cetera oratio ut
supra feria quinta ut supra. Lectio prima
Micheas autem vtriusque generationis
temporalis scilicet et eterne testimoni-
um dicit Et tu bethleem effrata
minima es in milibus iuda. Ex te
enim egredietur qui sit dominator in israel. Et
egressus eius ab inicio a die-
bus eternitatis. De spiritu sancto etiam sancta
scriptura ita testatur in genesi spiritus
domini ferebatur super aquas. Et david
Quo ibo a spiritu tuo. Et in sapiencia spiritus
discipline effugiet fictum. Tu autem R.
Summe trinitati simplici. Lectio ij
Et ysayas spiritus domini super me eo
quod vnxerit me. Vt autem in medio
dum carnalium vitas cognoscitur et
forcipe seraphin de altari calculus
quo tangantur ora fidelium et no-
ui testamenti de diuina trinitate ac
vnitate testimonia ponamus. Ipsa
itaque veritas dicit. Ite baptizate
in nomine patris et filii et spiritus sancti.
In nomine dicens non in nominibus vt ait
ambrosius vnitatem essencie insinu-
at. Tu autem R. Benedicamus patrem. Lectio iij
Personarum vero tria que subiunxit
tres esse personas declarant. Et
iterum Ego et pater vnum sumus. Vnde
dicit ambrosius Ne fieret distinctionem
in potestatis addidit Sumus vt pa-
trem filiumque cognoscas. Iohannes etiam
apostolus et euangelista ait In principio erat
verbum et verbum erat apud deum. Apud pa-
trem ostendens filium esse essencia-
apud patrem. vt alium apud alium
et alii sunt. Tu autem R. Te deum patrem in-
genitus deus ingenitus. Laudes sola antiphona
Te iure ter. Cetera oratio ut supra.

In die corporis Christi Ad vesperas Antiphona
Sacerdos in eternum Christus dominus secundum ordinem melchisedech panem et vinum obtulit Ps Dixit dominus Antiphona Miserator dominus escam dedit timentibus se in memoriam suorum mirabilium Ps Confitebor Antiphona Calicem salutaris accipiam et sacrificabo hostiam laudis Ps Credidi Antiphona Sicut novelle olivarum ecclesie filii sint in circuitu mense domini Ps Beati omnes Antiphona Qui pacem ponit fines ecclesie frumenti adipe saciat nos dominus Ps Lauda Iherusalem dominum Lauda domini Capitulum
Ego sum panis vivus qui de celo descendi si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita deus R Homo quidam fecit cenam magnam et misit servos suos hora cene dicere invitatis ut venirent quia parata sunt omnia V Venite comedite panem meum et bibite vinum quod miscui vobis Quia Ymnus Pange lingua V Panem celi dedit eis alleluia Panem angelorum Ad Magnificat
O quam suavis est domine spiritus tuus qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares pane suavissimo de celo prestito esurientes replens bonis fastidiosos divites dimittens inanes
Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti tribue quesumus ita nos corporis et sanguinis tui sacra misteria venerari ut redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus Qui vivis Ad completorium Ymnus
Sacris sollempniis Ad Nunc dimittis
O in figuris et tabulis esca qua rex Christe satias mensa tua hoc tuo signo nos insigni ut hac esca simus digni et in pace quiescamus fide tue commendamus illa nos custodie Invitatorium Christum regem adoremus dominantem gentibus Qui se manducantibus dat spiritus pinguedinem Venite In primo nocturno Fructum salutiferum gustandum dedit dominus mortis sue tempore Ps Beatus vir Antiphona A fructu frumenti et vini multiplicati fideles in pace Christi requiescunt Ps Cum invocarem Antiphona Communione calicis quo deus ipse sumitur non vitulorum sanguine congregavit nos dominus Ps Conserva R Panem celi dedit eis Benedictio de beata virgine Lectio prima
Immensa divine beneficia largitatis exhibita populo christiano inestimabilem ei conferunt dignitatem Neque enim est aut fuit aliquando tam grandis natio que habeat deos appropinquantes sibi sicut adest nobis deus noster Unigenitus siquidem dei filius sue divinitatis volens nos esse participes naturam nostram assumpsit ut homines deos faceret factus est homo Et hoc insuper

quod de nostro sumpsit totum nobis contulit ad salutem. Ver. R. Immolabit edum multitudo filiorum Israel ad vesperam pasche et edent carnes et azimos panes. V. Pascha nostrum immolatus est christus. Itaque epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Et edent. Lectio ii.

Corpus namque suum pro nostra reconciliacione in ara crucis hostiam obtulit deo patri, sanguinem suum fudit in precium simul et lavacrum, ut redempti a miserabili servitute dyaboli a peccatis omnibus mundaremur. Et ut tanti beneficii iugis in nobis maneret memoria, corpus suum in cibum et sanguinem suum in potum sub specie panis et vini sumendum dereliquit fidelibus. Ver. R. Comedite carnes et saturamini panibus. Iste est panis quem dedit nobis dominus ad vescendum. V. Non Moyses dedit nobis panem de celo, sed pater meus dat nobis panem de celo verum. Iste est. Lectio iii.

O preciosum et admirandum convivium salutiferum et omni suavitate repletum. Quid enim hoc sacramento mirabilius. In ipso namque panis et vinum in corpus et sanguinem christi substancialiter convertuntur. Manducatur itaque a fidelibus sed minime laceratur, quinymo diviso sacramento integer sub qualibet particula divisionis perseverat. Accidencia eciam sine subiecto in eodem subsistunt ut fides locum habeat dum visibile invisibiliter sumitur aliena specie occultatum, et sensus a deceptione immunes reddantur qui de accidentibus iudicant sibi notis. Ver. R. Respexit helyas ad caput suum subcinericium panem, qui surgens comedit et bibit. Et ambulabat in fortitudine cibi illius usque ad montem dei. V. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Et. In secundo nocturno antiphona. Memoriam fecit dominus sacrificii mei et holocaustum meum pingue fiat. Psalmus. Exaudiat te. Antiphona. Paratur nobis mensa domini adversus omnes qui tribulant nos. Psalmus. Dominus regit me. Antiphona. In voce exultacionis resonant epulantes in mensa domini. Psalmus. Quemadmodum. Ver. Cibavit eos ex adipe frumenti. Lectio iiii.

Nullum enim est sacramento salubrius quo purgantur peccata, virtutes augentur et mens omnium spiritualium carismatum habundancia impinguatur. Offertur enim in ecclesia pro vivis et mortuis ut omnibus prosit quod est pro salute omnium institutum. Suavitatem denique huius sacramenti nullus enim sufficit intelligere per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur et recolitur memoria illius quam in passione christus monstravit excellentissime caritatis. Ver. R. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei

dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem
suam dare ad manducandum. V. Non
tunc est apostolus contra dominum, anima mea
nauseat super cibo isto levissimo.
Unde in actus huius tractatus. Lc v.
tam inmensitas cordibus infige-
tur fidelium | in ultima cena quan-
do pascha cum discipulis suis cele-
bravit | transiturus erat ex hoc mundo
ad patrem, hoc sacramentum instituit
tamquam passionis sue memoriale per-
petuum figurarum veterum imple-
mento miraculorum ab ipso factorum
maximum et de sua contristatis
absentia solacium singulare. Con-
venit itaque devotioni fidelium sol-
lempniter recolere institutionem tam
salutiferi | tamque mirabilis sacra-
menti | ut ineffabilem modum di-
vine presentie in sacramento visibili ve-
neremur | et laudetur dei omnipotentia
que in sacramento eodem tot
mirabilia operatur, nec non et de tam salubri
tamque suavi beneficio exsolvantur
deo gratiarum actiones. R. Cenantibus
illis accepit ihesus panem, benedixit
ac fregit deditque discipulis suis et
ait: Accipite et comedite, hoc est
corpus meum. V. Dixerunt viri
tabernaculi mei: quis det de
carnibus eius ut saturemur. Lc vi.
Licet enim etiam in die cene quando
sacramentum predictum noscitur institutum
inter missarum sollempnia de insti-
tutione ipsius specialis mentio habea-
tur, totum tamen residuum | eiusdem diei offi-
cium ad passionem Christi pertinet. Circa
cuius venerationem ecclesia illo tempore
occupatur. Unde integro celebri-
tatis officio institutionem tanti sa-
cramenti sollempniter recolet plebs
fidelis. Romanus pontifex huius
sacramenti devotione affectus pie statuit
institutionis memoriam prima feria
quinta post octavas pentecostes a cunc-
tis fidelibus celebrari | ut qui per
toti anni circulum hoc sacramento uti-
mur ad salutem | eius institutionem
illo specialiter tempore recolamus | quo
spiritus sanctus discipulorum corda edocuit
ad plene cognoscenda huius mys-
teria sacramenti. Legitur enim in acti-
bus apostolorum quod erant perseveran-
tes apostoli in doctrina et communicatione
fractionis panis et orationibus statim
post spiritus sancti missionem. R.
Accepit ihesus calicem postquam ce-
navit dicens: hic calix novi
testamenti est in meo sanguine, hoc
facite in meam commemorationem. V.
Memoria memor ero et tabescet
in me anima mea. Hic fit. In iº noct.
Introibo ad altare dei sumam Christum
qui renovat iuventutem meam. Ps.
Iudica me. A. Cibavit nos
dominus ex adipe frumenti et de petra
melle saturavit nos. Ps. Exulta-
te deo. A. Ex altari tuo domine Christum

Dni Johem
c 10

suminus q̄ i c̄h cor ꝛ caro mea exul
tauerunt. Ps. Quia dilecta v. Edunt paupe(res)

In illo tempore. d. i. d. pris Et tur
bis iudeorum Caro mea uere est
cibus ꝛ sanguis meus uere est po
tus Et r̄. Omelia lectio ea(dem)

Cum enim cibo ꝛ potu id appe
tant homines ut non esuriant
neque sitiant hoc non non (prae)stat nisi
cibus iste ꝛ potus qui eos a qui
bus sumitur i mortales ꝛ i cor
ruptibiles facit id est consortes
ipsa sanctorum ubi pax erit ꝛ uni
tas plena atque perfecta. Propterea quip
pe sicut etiam ante nos intelle
xerunt homines fideles dominus ihesus
corpus ꝛ sanguinem suum i his rebus
commendauit que ad unum aliquid redigun
tur ex multis. Nam aliud unum
ex multis granis unus panis
efficitur. Aliud in unum ex multis
racemis uinum confluit. Eam. R̄.
Qui manducat meam carnem ꝛ bi
bit meum sanguinem. In me manet
ꝛ ego in eo. v. Non est alia na
tio tam grandis que habeat deos
appropinquantes sibi sicut adest nobis

Denique exponit quomodo id in lectio viij
re id fiat quod loquitur. Et quid
sit manducare corpus ꝛ sanguinem
eius bibere Et qui manducat
meam carnem ꝛ bibit meum sangui
nem in me manet ꝛ ego in
eo. Hoc ergo est manducare
illam escam ꝛ bibere illum potum in
christo manere ꝛ illum manentem in se
habere. Ac per hoc qui non manet in christo
ꝛ in quo non manet christus procul
dubio non manducat eius carnem
ꝛ licet carnaliter ꝛ uisibiliter
premat dentibus sacramenta corporis ꝛ
sanguinis christi. Sed magis tante rei
sacramentum ad iudicium sibi mandu
cat ꝛ bibit qui immundus presumpserit
ad sacramenta christi accedere que ali
as non digne sumit nisi qui mundus
est de quibus dicitur. Beati mundo cor
de quoniam ipsi deum uidebunt. Eam. R̄.
Accepit me uiuens pater ꝛ ego uiuo
propter patrem. Et qui manducat me
uiuet propter me. v. Cibauit illos
dominus pane uite ꝛ intellectus lectio ix

Sicut misit me inquit uiuens
pater ꝛ ego uiuo inquit propter
patrem ꝛ qui manducat me ꝛ ipse
uiuit propter me. Non enim filius
participatione patris fit melior qui
est natus patri equalis sicut par
ticipatione filii per unitatem corporis
ꝛ sanguinis quod illa manducatio po
tatioque significat efficit meliores
uiuimus ergo propter ipsum nos man
ducantes eum id est accipientes
eum uitam eternam quam non habemus
ex nobis. Viuit autem ipse propter patrem
missus ab eo quia semetipsum ex
inaniuit factus obediens usque ad
mortem crucis. Sicut misit me

vivens pater et ego vivo propter
patrem et qui manducat me ipse vi
vet propter me. Tr. R. Unus panis et
unum corpus multi sumus omnes qui
de uno pane et de uno calice participa
mus. V. Pasti in dulcedine tua pau
peri deus qui habitare facis unanimes
in domo. Et de uno. V. Qui edunt me
adhuc esurient alla. Et qui bibunt me
adhuc sitient alla. Ad laudes an.
Sapientia edificavit sibi domum mis
cuit vinum et posuit mensam alla. An.
Angelorum esca nutristi populum tuum et
panem celi tribuisti ei alla. An. Pinguis
est panis Christi et prebebit delici
as regibus alla. Antiphona Sacerdotes sancti
incensum et panes offerunt deo alla. An.
Vincenti dabo manna absconditum
et nomen novum alla. Capitulum
cap. xi Fratres ego enim accepi a domino quod et tra
didi vobis quoniam dominus Ihesus Christus
in qua nocte tradebatur accepit
panem et gratias agens fregit et dixit
hoc est corpus meum quod pro vobis tra
detur hoc facite in meam commemorationem.
R. V. Posuit fines tuos pacem et ad
ipe frumenti satiat te. Ad Benedictus
Ego sum panis vivus qui de celo
descendi si quis manducaverit ex hoc
pane vivet in eternum alla. Oratio
ut ad horas. An. de laudibus. Ad
Gloria tibi domine qui natus. Cap. Ad iii
Similiter et calicem postquam cenavit
dicens hic calix novi testamenti

est in meo sanguine hoc facite quotiens
cumque sumitis in meam commemorationem.
R. Panem celi dedit eis alla
panem angelorum manducavit homo. V.
Cibavit eos ex adipe frumenti alla.
Et de petra melle saturavit eos. Ad vi
Quotienscumque manducabitis pa
nem hunc et calicem bibetis mor
tem domini annunciabitis donec ve
niat. R. Cibavit eos ex adipe
frumenti. V. Et de petra melle satura
vit eos. V. Educas panem de terra. Ad ix
Itaque quicumque manducaverit pa
nem et biberit calicem indigne reus
erit corporis et sanguinis domini. R.
Educas panem de terra alla. V. Et vi
num letificet cor hominis alla. V. Po
suit fines tuos pacem et adipe. In
secundis vesperis an. de laudibus. Ps.
ut in primis. Cap. Probet autem
se ipsum homo et sic de pane illo
edat et de calice bibat qui enim
manducat et bibit indigne iudi
cium sibi manducat et bibit non di
iudicans corpus domini. R. V. Unus
panis. Ymnus Pange lingua. V. Pa
nem celi. Ad magnificat an. O sacrum convivium
in quo Christus sumitur recolitur memo
ria passionis eius mens impletur
gratia et future glorie nobis pignus
datur. Coll. Deus qui nobis sub sacramento
huius festi octavam huius feria vi
singula in matutinis ut in prima die
Cum enim sacerdos cum tribus lectionibus

illa xpisti verba quibus ait hoc est cor-
pus meum hoc est sanguis meus. Pa-
nis in carnem et vinum in sanguinem con-
vertit. Illa verba vivunt quia verbum caro
factum est. R. Habitabit in nobis. Qui
dixit et facta sunt. Qui feminam muta-
vit in statuam. R. Virgam mutavit
in colubrum. Qui fontes mutavit
in sanguinem. R. Aquam mutavit in vi-
num. Tu. R. Immolabit. Lectio ii.
Nam si verbum helye potuit ignem
de celo deponere, verbum xpisti non
potuit panem in carnem mutare? Quis
audeat hoc opinari de illo verbo
verbum est impossibile per quem omnia
facta sunt et sine quo nichil factum
est. Certe maius est creare quam non
esse quam mutare quod est. Et de longe ma-
ius est quod non est de nichilo cre-
are quam quod est in aliud transmuta-
re. Tu. R. Commedetis. Lectio iii.
Illud tamen nemo qui dubitet
ex hoc aliquis dubitabit. Absit
omnino incomparabiliter maius est
quod ita deus factus est quod non desinit
esse deus quam panis ita fit caro quod
non desinit esse panis. Illud per in-
carnacionem semel factum est. Istud
per consecracionem iugiter fit. Sed dix-
erit aliquis Certus sum omnino quod
valet, at non sum certus quod aliquo
modo velit. Ad illud. Quia cum xpistus
accepisset panem benedixit et dixit
hoc est corpus meum. Tu. R. Respexit.

Sabbato tercia in pascha. Lectio. Ad responsorium de ii
nocturno. Qui edunt me adhuc. Lecti-
ones in una tamen in secundo die pasca
ad secundum nocturnum. In iii nocturno. Sabbato.
Veritas ergo dixit et omnia in iii. Lectio i.
Video omnino verum est quod dixit. Quod
ergo panis erat cum acceperit cor-
pus erat cum dedit. Panis ergo muta-
tus erat in corpus xpistus. Et similiter vinum
in sanguinem. Non enim ut heretici sapi-
unt sed despiciunt ita debet intelligi quod
dominus ait hoc est corpus meum, id est
significat corpus meum. Sicut dicit a-
postolus Petra autem erat xpistus,
id est significabat xpistum. Hoc quoque
dixisset de agno paschali quam de azi-
mo pane. Tu. R. Panis quem ego. Lectio ii.
Non agnus paschalis absque du-
bio significabat agnum domini
sed panis azimus corpus sincerum
Sicut autem Iohannes baptista quod dix-
erat ecce agnus dei per admictum de-
monstravit. Qui tollit peccata mundi. Sic
et xpistus quod dixerat hoc est corpus meum
per admictum demonstravit quod pro vobis
Sicut ergo tradetur. Tu. Lectio iii.
Sicut corpus xpisti veraciter tradebatur
ita nec demonstrabatur non in figura
que iam cessaverat sed in veritate
que iam advenerat. Sane cum in-
ter se litigarent ad invicem dicentes
Quomodo potest hic nobis carnem suam dare
ad manducandum. Dixit eis ihesus
Amen amen dico vobis nisi man-

manducaveritis carnem filii hominis et bibe-
ritis eius sanguinem non habebitis vitam
in vobis. Qui manducat meam car-
nem et bibit meum sanguinem habet vitam
eternam. R/. Accepit ihesus panem. V/. Cibu-
mis panem. Laudes. Angelorum esca.
Ordine collecta capitulorum et antiphonarum
a matutinis et in laudibus. V/. R/c. cetera omne-
bias cetera omnia ut supra. Nota quod sabbato
post festum corporis christi in vesperis an. et ps.
et cap. ut in vigilia. ymnus. R/. Responsor.
ymnus. Pange lingua. V/. Panem celi.
Ad magnificat an. O quam suavis. Coll.
ut supra. Ad [illegible] an. [illegible] Loquere domine
quia audit servus tuus. V/. Vespertina
oratio ascendat ad te domine et descendat
super nos misericordia tua. Coll. Clemens in
te sperantium. R/c. cetera ad completorium
de corpore christi. De sancta trinitate non fit me-
moria tam in vesperis quam et ad matutinis.
cetera omnia ut supra de corpore christi. Excep-
ta omelia dominicalis que in proximum.

Sacramentum corporis et sanguinis Eo pro-
christi domini est excelsius in quibus ipsum
spiritualis salus constat. Et inter omnia spi-
ritualia excipuo omnis sanctificatio est.
Hec enim hostia semel pro mundi salu-
te oblata omnibus precedentibus
et subsequentibus sacramentis virtutem
dedit ut ex illa sanctificarentur per illa
liberandos homines. Eu. R/. in ipso die.

Sacramentum corporis et sanguinis sui ipse
dominus ihesus christus instituit quan-
do post cenam veteris pasche panem
et vinum in corpus et sanguinem suum divina
potentia transsubstantiatas apostolis suis manducandas
distribuit. Et ut idem post hoc in
memoria sui agerent precepit. Eu. l. iij.

Solent quidem querere quale cor-
pus an discipulis suis dominus in-
ihesus christus tradidit. hoc est passibi-le
an impassibile mortale an immortale. Certa
que ad hanc pertinet questionem. Hec
huiusmodi sint et in aliis professio-
sunt divina secreta magis veneranda
quam discutiendo scrutanda. Simplici-
tate fidei hoc sufficit. Primo si dicamus
quod tale dedit quale voluit. Et mi-
sit quale dedit quale novit. Eu. l. iiij.

Ideo enim tale dedit quale voluit
quia omnipotens erat et potuit omne quod
voluit. Ideo autem quale novit quale
dedit quia sapiens erat et non potuit
ignorare quod fuit. Preterea lamus se
questione absolvit. Et fortassis
nimis in semetipso subsistit. Qui non
dicit mortale dedit ne iudeorum dica-
tur sacramenti dignitatem. Nec dicat in
mortale dedit ne estimet credere con-
tra ea que in christo ante resurrectionem
fuit mortalis corporis veritatem. R/. v.

Propter hoc fortassis melius est
in neutro diffinire presumamus
quamvis tamen alterum fuisse credamus.
Sic itaque non dicam hoc vel hoc fuit
quamvis tamen credam quod alterum fuit
set si alterum dicendum est ergo
absque preiudicio vitando magis sensu

ad illud credo ubi illud impas-
sibile et immortale quando passibilis per-
tinet ad sanctificationem sacramenti
tradidisse dicetur. Unde lectio vi

Si quis autem obiciendum putet quod
ante resurrectionem dominus Ihesus Christus
corpus mortale portabat, et hoc
ipsi indubitanter fatentur mor-
talem fuisse dominum Ihesum secundum sus-
ceptam carnalitatem, si mortale fuis-
se non credimus mortuum negare-
mus. Humana ergo natura in Christo
mortalis fuit, sed voluntate non ne-
cessitate. Unde Omelia dominicale
in cena domini collectio Laudes et alia oratio
in ipso die in vesperis ut [illegible] supra

Ergo est quo proprium [illegible] lectio prima
a bonis peccatis munda [illegible]
unitate persone iuncta est a bonis
mortis necessitate et debito libera-
ta est ut nichil morti deberet
pro eo quod peccatum non haberet. Sustinuit tamen
sponte mortalitatem, quia mortem sus-
tinere volebat, quia si mortalitatem
non sustinuisset mori omnino non
potuisset. Unde Christus sponte morta-
litatem portavit, quoniam sponte mortem
gustavit, et ita mortalitatem depo-
[illegible] voluntate [illegible] lectio ii

Quod non necessitate mortalis fuit ipsius
mortalitatis competentia secundum quod
ratio temporis postulabat, quando
eam per mortem totam exueret, aliqua
ex parte quando voluit deposuit et

nunquam quando voluit recepit [illegible] in hoc
ipso probaret quia in quibus eam sustinuit
ex necessitate non esset, quia si per voluntate
in quibus voluit eam non haberet sustinere
omnino non posset. Unde autem lectio tertia

Legitur in Luca quod dominus noster Ihesus Christus
cum urbem intraret predicaret et adver-
sa mortales et morituri invitati
zelantes hostes quem tamen comprehen-
dere non poterant sive extinguere
nolebant, itaque quasi in eum qui
nichil amplius mortale haberet ma-
nus inicerent in ipsum et duxerunt
eum in supercilium montis ut illinc
eum precipitarent. Unde Laudes eam
[illegible] est cetera oratio ut supra [illegible]

Ipse autem ut ondet se quam [illegible] lectio secunda
idem mortalem esse sustinuit ut
teneretur et [illegible] demonstravit quod
voluntate non necessitate mortalitatem
et passibilitatem non sustinuit ut
precipitaretur. Cum esset ducendos
teneri se paciebatur tollebat. Cum
autem esset precipitandus potenter
per medium illorum transiens ibat. lectio iii

Quando voluit tenebatur et quando
voluit non tenebatur, natura mor-
talitatis admisit quibus autem ea
sustinere voluit et quando voluit eam-
dem a se potestate removit. Trans-
iens inquit per medium illorum ibat.
Inquit [illegible] quod Christus elabendo
se de manibus inimicorum subtraxit
[illegible] ab eis teneretur ut transiens liber

precedenti illos iret Ergo fortitudo
corporis sola in eo laudanda est non
virtus divinitatis Non ita quia cum eis
se exhibuit se qualem noluit
admittens ad se ex eo quod sponte
portabat quantum noluit Gen. ante lxiij
Ergo fortitudo corporis sola in eo lau
danda est non virtus divinitatis Non
ita quia cum eis se exhibuit se qualem
noluit admittens ad se ex eo quod
sponte portabat quantum noluit Si
ergo Christus naturam mortalitatis secundum
rationem dispensationis divine corporis
quam eam possedit victum nostrum exer
cens secundum tempus aliquando ex parte dis
posuit et tamen cum tempus postulabat
laudes sola ante assumpsit Eu
charistias sum. Cetera omnia ut supra
Mirum est si dicatur alias Glossa quarta l. j.
quando per causam et ratione temporis secundum
aliquid et totam deposuisse in qua
tamen adhuc cum tempus postulabat
passurus fuit Si ergo esse potuit
sicut ut ipse seipsum manibus gesta
verit et discipulis suis corpus
de suo edendum distribueret Et tamen
ipse qui dedit et qui dabat in qui
portabat et qui portabatur idem
esset quid mirum est si dicatur ipse
ipso in eo quod dabat mortalis fuit
et in eo quod dabatur immortalis fuit
et tamen ipse qui mortalis dabatur
quod in mortalis dabatur non duo sed
unus ipse fuit Gen. ante lxiij

Quomodo enim immortalis non dabatur qui
invisibiliter sumebatur et incorrupti
biliter manducabatur invisibiliter
sumebatur in quantum ad formam dico
quam corporis sui non quantum ad spe
ciem eius. Invisibiliter enim sume
batur quia in eo quod sumebatur quod ipse
erat non videbatur. Ipsius enim sume
batur species panis et vini non vide
batur Ideo dico invisibiliter sumebatur
et quod erat non videbatur Gen. lxiij
Sic ergo in eo quod dabat quod ipse erat in
videbatur et in eo quod dabatur quod erat ipse
non videbatur et si in eo quod dabat te
nebatur et tangebatur et in eo quod da
batur fingebatur et non dividebatur
edebatur et non corrumpebatur Quid
mirum si in eo quod dabat mortalis
dicatur et in eo quod dabatur immortalis
et impassibilis fuisse predicatur licet
tamen sic dicta sint ut neminem ideo quod
latet compendium fiat Gen. laudes
vincenti dabo Cetera omnia ut supra
In octava corporis Christi ad vesperas ante Sacer
dos in eternum cum ceteris ante et presens ut
in vigilia Capitulum Ego sum panis vivus
Responsorium Accepit Iesus Hymnus Pange lingua
Ad magnificat ante O quam suavis cetera
Quintum et hoc oratio ut supra l. quarta
Quandoquidem corpus Christi illud fuisse
credendum sit quod ipse traditori suo
per intinctam buccellam porrexit
Cum intinxisset inquit Iesus
panem dedit Iude Symonis

scarioth(is). Sed ut dicit beatus Augustinus: Non sicut putant quidam negligenter legentes tunc corpus Christi intelligendum est ei accepisse *(Ioh. xiii)* quia iam omnibus eis *(ipse dicit Luce xxii)* distribuerat sacramentum corporis et sanguinis sui ubi et ipse Iudas erat sicut sanctus Lucas evidentissime narrat. Et deinde ad hoc videndum est ubi secundum narrationem Iohannis apertissime buccellam tinctam atque porrectam suum exprimit traditorem fortassis per panis tinctionem illius significans fictionem. *(Ioh. xiii)*

Non enim omnia que tinguntur abluuntur sed ut inficiantur non nulla tinguntur. Si autem bonum aliquid significat ipsa tinctio eidem bono ingrato non immerito secuta est dampnacio. Et hec quidem sunt verba beati Augustini super eo quod questio est si Iudas in buccella corpus Christi acceperit. Ex eo quod traditori suo dominus adnotandum eum buccellam *(Ioh. xiii)*

Consuetudo licet intincta dedit eu-nt corporis Christi fideles intinctum non accipiunt. Sicut circumcisio olym quibusdam ad effectum remissionis peccatorum baptismi vicem gerebat circumcidentibus eiusdem plenitudine et signatum preferebat. Ita agnus paschalis cuius carnes apostoli edebant et sanguine postes domorum signabantur in figura sacramenti corporis Christi processit. In

Postquam autem veritas venit signum in remedio oblatum est. Ex eo iam non erit res que futura significaret. Illa que prius preceptum accepit tantum figura quia dum res nondum fuit et exhibitum est in plenitudine prius quam postmodum complendum erat in veritate. Egyptus mundus est tyrannus diabolus. Agnus Christus sanguis agni passio Christi corporis nostri. Corpora domus cogitationum cordis.

Hoc est sanguine tingi quod per passionis fidem illa sanguine tingi *(lv)* per passionis imitationem. Tinctis signum intus et foris apponentes contra adversarios potestates. Denique carnes agni comedimus quando in sacramento verum corporis eius simul per fidem et dilectionem Christo incorporamur. Ideo voluit Christus a nobis manducari ut nobis incorporaret. Hoc est sacramentum corporis Christi et res sacramenti corporis Christi.

Secundum Iohannem

In illo tempore dixit Iesus turbis iudeorum: Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus etc. *(l. eius)*

Cena domini et potus consummatoris nostri festum hodie recolimus in qua dominus Iesus Christus discipulis suis corporis et sanguinis sui tradidit sacramentum ut in memoriam passionis sue post aliquanta dicat apostolus: Ego enim accepi a domino

q(uod) et tradidi vob(is). Non enim men
tis estimetis q(uod) tradidi vob(is) (scilicet) qua(n)
do accepi illud q(uo)d d(omi)n(u)s ihesus
xp(istu)s in qua nocte tradeba(tur). Hoc
est circa p(ro)ditus ad passione(m)
accepit pane(m) (et) gr(ati)as agit (et) fre
git b(e)n(e)dicens passuris in cena.
Quemadmodum // (com)medamit lc(ci)o
Q(ua)si peregre p(ro)ficiscens pignus amo
ris sui ei que diligit derelinquit
ut quocienscu(m)q(ue) illud viderit
possit eius amicicias (et) b(e)n(e)ficia
recordari. Ita nob(is) ille qui p(ro)fecto eu(m)
diligit in ingenti desiderio no(n)
p(otes)t videri nisi fletu. Dixitq(ue) disci
pulis suis d(omi)n(u)s: Hoc est corpus me
u(m) q(uo)d p(ro) vob(is) tradet(ur). H(oc) facite in
mea(m) co(m)meoracio(n)em. Similiter (et) ca
licem postq(uam) cenavit dicens: Hic
calix novum testamentu(m) est in meo
sa(n)g(ui)ne. Unde cognoscere debet
quisq(ue) cor(pus) xp(ist)i edit aut sa(n)g(uinem) (eius)
bibit ne quid in dignu(m) ei faci
at eius corpus effusus est. lc(ci)o x
Quocienscu(m)q(ue) enim manducabitis
panem hunc (et) calice(m) bibetis mor
tem d(omi)ni a(n)nu(n)ciabitis donec veniat.
Ideo h(oc) salvator discipulis suis (et)
p(er) eos nob(is) tradidit sacrame(n)tu(m) ut
p(er) h(oc) semp(er) (com)meoret(ur) q(uia) p(ro) no
bis est mortuus (et) ob h(oc) semp(er)
recordandu(m) h(oc) sacramentu(m) accipimus
q(uia) corpus xp(ist)i est (et) ut b(e)n(e)ficiis
eius no(n) existam(us) ingrati q(ui) in

ipso misterio xp(ist)i semp(er) mortem
memoriat (et) a cordibus n(ost)ris agi
tatur. En. Cetera omnia ut ipso die
s(an)c(t)is vesperis de laude (et) p(er) in
ipso die feria vi post octavas cor(poris)
xp(ist)i si no(n) est festu(m) aliorum sc(ilicet) ix
fit tene(tur) (et) leg(un)t(ur) residua p(ro)
nocte d(omi)nicali lc(ci)o p(ri)ma
Quia gentilem quemq(ue) ad am
icicia(m) legis admittere superbus ille
ipse despiciebat. Quia d(omi)n(u)s doctrina
legis no(n) ad caritate(m) s(ed) ad
elacio(n)em quasi de acceptis opibus
tumuit. Et quia ei verba defluebat
de sciencia q(ua)si mice cadebat de me
nsa. At contra iacentis pauperis vul
nera lingebat canes. Non im
merito in sacro eloquio p(er) canes
(pre)dicatores intellig(un)tur. lc(ci)o ii
Canu(m) etenim // (pre)dicatores intelligi(tur)
lingua vulnus dedicata lc(ci)o ...
du(m) lingit curat, q(ui)a et doctores
s(an)c(t)i du(m) in (con)fessione p(ec)cati nos i(n)
struunt q(ua)si vulnus mentis p(er) lingua(m)
tangunt. Et q(ui)a nos loquendo a p(ec)
catis eripiunt q(ua)si tangendo vul
nera ad salute(m) reducunt. Omnia ei
canu(m) nomine p(re)dicatoru(m) lingua
signata, David p(er) psalmista(m) dicen
tem: dicat lingua canum tuorum ex
inimicis ab ipso. lc(ci)o s(e)c(un)d(a) ix
Ex iudeis quippe i(n)fidelib(us) s(an)c(t)i p(re)
dicatores electi sunt. Quia in as
sertione veritatis contra fures la
tronesq(ue) vehementes magnos

ꝑ dño ut ita dicā latratus de
derit. Et nō contra deū non
dā reprobatione dñi. Canes muti
nō valentes latrare. Omīa ingi
pdicatores sancti patris dampnat
confessione nō ꝑcatorū approbant
dicentes Confitemini alterutrū p
cata vra 2 orate pro inuicem ut sal
uemini. Eu Ceti via ut prius. Domi
nica prima aduentus aū. Benedic
tus [illegible]

Benedictus deus 2 pr dn̄i nri
ihu xpi pr misericordiarū 2 deꝰ
totius cōsolationis qui consolatur
nos in omī tribulatione nra. Ad
R. Omīs sēs magnus hym. O lux
bā trinitas. Ad magt aū. Congre
nit omīs adam usqz bersabee
quia fidelis samuel ꝑpha esset dñi
Collecta require ordine pro tem
pore [illegible] ab isto
loco usqz ad [illegible] dñi
ce. Implicatio [illegible] sabbō qui
[illegible] aduentus d² cap
Benedictus deus 2 pr. R. de sēa
trinitate hym. O lux beata trinitas
Et [illegible] R. dici [illegible] idem
[illegible] ad matu
Inuitatorium. Regem magnum
adoremus dominum. ps. Venite. Ad hym
Nocte surgentes. [illegible] pro fidei
meritis. ps. Beatus uir. [illegible] lc

Fuit vir unus de ramatha
sophim de monte effraym
2 nomē eius helchana filius
ieroboam, filii helimu filii thau
2 filii suph, effratheus. Et ha
buit duas uxores nomē uni anna
2 nomē scde fenenna. Fueruntqz
fenenne filii. Anne aūt nō erant
liberi. Et ascendebat vir ille de
ciuitate sua statutis diebz ut ado
raret 2 sacrificaret dño exercituū in
sylo. Eu. R. Deus omū exaudi
tor est qui misit angelū suū 2 tu
lit me de ouibus pris mei. Et unx
it me unctione misericordie sue
V. Dñs qui eripuit me de ore leo
nis 2 de manu bestie liberauit

Erant aūt ibidem. me. Et ut. lc
O filii hely ofni 2 phynees
sacerdotes dñi. Uenit ergo dies 2
ymolauit helchana dedit qz
fenenne uxori sue 2 cunctis fi
liis 2 filiabus partes. Anne aūt
dedit partem unam tristis quia a
nnā diligebat. Dñs aūt conclu
serat vuluā eius. Affligebat aūt
eā emula eius 2 vehementer
angebat in tantū ut exprobaret
quod conclusisset dñs vuluā eius
sicqz faciebat per singulos annos
cū redeunte tempore ascenderent in tem
plū dñi. 2 sic provocabat eam.
Porro illa flebat 2 nō capie
bat cibū. Eu. R. Deus qui eri
puit me de ore leonis 2 de manu
bestie liberauit me. ps. me

eripiet de manibus inimicorum meorum
V. Aspexit deus ... sua et virtutem
sua animam meam eripuit de medio ca
Dixit ergo ei el- tulos leccio iii
chana vir suus anna cur fles
et quare non comedis et quam ob rem affli-
gitur cor tuum. Numquid non ego meli-
or sum tibi quam decem filii. Surrex-
it autem anna postquam comederat
in sylo et biberat. Et heli sacerdote
sedente super sellam ante postes
templi domini. Cum. R. Ego te tuli de
domo patris tui dicit dominus et posui
te pascere gregem populi mei et fui te-
cum in omnibus ubicumque ambulasti
firmans regnum tuum in eternum. V. Fe-
cique tibi nomen grande iuxta nomen
magnorum qui sunt in terra et requiem
dedi tibi ab omnibus inimicis tuis
firmans. Gloria. In eternum. An. Matutine re-
mitor. V. Media nocte surgebam. Leccio iiii
Cum igitur esset anna amara
animo oravit dominum flens lar-
giter et votum vovit dicens domine exer-
cituum si respiciens videris afflic-
tionem famule tue et recordatus
mei fueris nec oblitus ancille
tue dederisque serve tue sexum vi-
rilem dabo eum domino omnibus diebus
vite eius et novacula non as-
cendet super caput eius. Factum est
autem cum illa multiplicaret preces
coram domino ut heli observaret
os eius. Cum. R. Montes gelboe
nec ros nec pluvia veniat super
vos ubi ceciderunt fortes israel. V.
Omnes montes in circuitu eius visitet
dominus a gelboe transeat ubi. Leccio v
Porro loquebatur anna in corde suo
tantumque labia illius movebantur
et vox penitus non audiebatur.
Estimavit igitur heli eam temu-
lentam. Dixitque ei usquequo ebria eris
digere paulisper vinum quo mades.
Respondens anna nequaquam inquid
domine mi. Nam mulier infelix nimis
ego sum. Vinum et omne quod inebriare
potest non bibi sed effudi animam meam
in conspectu domini. Cum. R. Exaudisti
domine orationem servi tui ut edificarem
templum nomini tuo. Benedic et sancti-
fica domum istam in sempiternum deus
israel. V. Domine qui custodis pactum
et misericordiam cum servis tuis qui ambu-
lant coram te in toto corde suo.
Ne reputes ancillam tuam quasi Leccio vi
unam de filiabus belial. Quia ex
multitudine doloris et meroris mei
locuta sum usque in presens. Tunc
ait ei heli vade in pace et deus
israel det tibi petitionem quam rogas-
ti eum. At illa dixit utinam inve-
niat ancilla tua gratiam in oculis tuis.
Et abiit mulier in domum suam et
comedit vultusque illius non sunt
amplius in diversa mutati. Et
surrexerunt mane et adoraverunt
coram domino. Reversique sunt in domum

fundet ramatha. Tu. R. Dne si con
versus fuerit populus tuus oravit
ad sanctuarium tuum. Tu exaudi-
es de celo dne et libera eos de ma-
nibus inimicorum eorum. V. Si pecca-
verit in te populus tuus et conversus eg-
it penitentiam veneritque et oraverit
in loco isto. Tu ex. R. Exaudi dne
hymnum et orationem quam servus
tuus orat coram te hodie ut sint
oculi tui aperti et aures tue inten-
te. Super domum istam die ac noc-
te. V. Respice dne de sanctuario tuo
et de excelso celorum habitaculo. Sup.
R. Peccavi super numerum arene ma-
ris et multiplicata sunt peccata
mea et non sum dignus videre alti-
tudinem celi pre multitudine iniquita-
tis mee quoniam irritavi iram tuam
et malum coram te feci. V. Quoniam
iniquitatem meam ego agnosco et
delictum meum contra me est semper
tibi soli peccavi. Et malum. Nocturno
quod in sabbato ad dominicam. In principio. pro
nono R. dicitur de sancta trinitate fe-
ria quod fuit in vesperis. Sed singulis
Te deum laudamus. Feria ad laudes. Regna-
vit dns. cum reliquis. R. Recordare
dne testamenti tui et dic angelo
percucienti cesset iam manus tua
ut non desoletur terra. Et ne perdas omnem
animam vivam. V. Quiescat dne ira
tua a populo tuo et a civitate sanc-
ta tua. Et ne p. R. Preparate corda

vestra coram dno et servite illi soli. Et
liberabit vos de manibus inimicorum
vestrorum. V. Auferte deos alienos de
medio vestri. Et li. R. Factum est dum
tolleret dns helyam per turbinem in
celum heliseus clamabat dicens
Pater mi pater mi currus israel et au-
riga eius. V. Et levavit pallium
helye quod ceciderat ei et percussit a-
quas et dixit pater mi. Domini-
ca iij. R. Magnus dns. Ad magnificat
Percussit david in philisteo in
funda et lapide in nomine dni. Ystoria
Factum est autem verbum dni ad samu-
el dicens penitet me quod con-
stituerim saul regem. Quia dere-
liquid me et verba mea opere non
implevit. Contristatusque est sa-
muel et clamavit ad dnm tota
nocte. Cumque de nocte surrexisset
samuel ut iret ad saul mane
nunciatum samueli quod venisset saul
in carmelum. Et erexisset sibi forni-
cem triumphalem et reversus trans-
iens descendisset in galgalam. Tu.
Venit ergo samuel ad saul. Lc. ij
Et saul offerebat holocaustum
dno de initiis predarum que
attulerat de amalech. Et cum
venisset samuel ad saul. Bene-
dictus tu dno implevi verbum dni.
Dixitque samuel et que est Lc. iij
vox gregum. Que resonat in
auribus meis et armentorum

quod ego audio? Et ait saul: De amalech adduxerunt eam. pepercit enim populus melioribus ovibus et armentis ut ymolarentur domino deo tuo. reliqua non occidimus. lectio quarta

Dixit autem samuel ad saulem: Sine me et indicabo que locutus sit ad me hac nocte. Dixitque ei: Loquere. Et ait samuel: Nonne cum parvulus esses in oculis tuis caput in tribubus israel factus es? Unxitque te dominus in regem super israel. Et misit te dominus in via et ait: Vade et interfice peccatores amalech et pugnabis contra eos usque ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocem domini? lectio v.

Sed versus ad predam es et fecisti malum in oculis domini. Et ait saul ad samuelem: Immo audivi vocem domini et ambulavi in via per quam misit me dominus et adduxi agag regem amalech et amalech interfeci. Tulit autem populus de preda oves et boves primitias eorum que cesa sunt ut ymolarent domino deo suo. lectio vi.

Et ait samuel: Numquid vult dominus holocausta et victimas et non potius ut obediatur voci domini? Melior est enim obedientia quam victima et auscultare magis quam offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus ydolatrie nolle adquiescere. Pro eo quod abiecisti sermonem domini abiecit te dominus ne sis rex. Dixitque saul ad samuelem: Peccavi quia prevaricatus sum sermonem domini et verba tua timens populum et obediens voci eorum. Sed nunc porta quaeso peccatum meum et revertere mecum. In dominica quinta lectio prima. Elapsi 218 Ad magnificat antiphona: Nonne iste est david de quo canebant in choro dicentes: saul percussit mille et david decem milia in milibus suis. lectio i.

Factum est autem in diebus illis congregaverunt philistiim agmina sua ut pararentur contra israel ad bellum. Dixitque achis ad david: Sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in castris tu et viri tui. lectio ii.

Dixit achis ad david: Nunc scias que facturus es servus meus. Et ait achis ad david: Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. lectio iii.

Samuel autem mortuus est planxitque eum omnis israel et sepelierunt eum in ramatha urbe sua. lectio iiii.

Et saul abstulit magos et ariolos de terra et interfecit eos qui phitones in ventre habebant. lectio v.

Congregatique sunt philistiim et convenerunt et castrametati sunt.

Congregavit autem et saul universum israel et venit in gelboe et vidit saul castra philistiim

listinos et timuit et expavit cor
eius nimis. Tu. Domine quia tu
Honor.[218] Ant. Adimpleta sunt. preterea
saul dixit michi dederunt mil
le et filio ysai dederunt decem milia

Incipit liber secundus regum. Lc. I.

Factum est autem postquam mortuus
est saul et david reverteretur ut ce
de amalech in syceleth et ma
neret ibi dies duos. In die autem tercia
apparuit homo veniens de cas
tris saul veste conscissa et pulvere
aspersus capite. et ut venit ad da
vid cecidit super faciem suam et ado

Dixitque ad eum david. Tu. Lc. ii.
Unde venis. Qui ait ad eum
de castris israel fugi. Et dixit ad eum
quod est verbum quod factum est. Indi
ca michi. Qui ait. Fugit populus de
prelio et multi corruentes de populo
mortui sunt. Sed et saul et ionathas inte

Dixitque david ad iuvenem. Tu. Lc. iii.
Adolescentem qui nunciabat
ei. Unde scis quia mortuus
est saul et ionathas filius eius.
Qui ait adolescens qui nuncia
bat ei. Casu veni in montem gel
boe et saul incumbebat super hastam

Porro currus et [illegible] Tu
equites appropinquabant ei. Et
conversus post tergum suum vidensque
me vocavit. Et cui respondissem assum
dixit michi. Quis nam es tu. Et aio
ad eum. Amalechita ego sum. Et

locutus est michi. Sta super me et interfice
me quoniam tenent me angustie et ad
huc tota anima mea in me est. Tu. Lc. iiii.
Stansque super eum occidi illum. Sciebam
enim quod vivere non poterat post rui
nam. et tuli dyadema quod erat in
capite eius et armillam de brachio
illius. et attuli ad te dominum meum
huc. Apprehendens autem david vestimenta
sua scidit omnesque viri qui
erant cum eo et planxerunt et flever
unt et ieiunaverunt usque ad vesperam
super saul et super ionathan filium
eius et super populum domini et super do
mum israel quod corruissent gladio.

Dixitque david ad iuvenem. Lc. v.
Qui nunciaverat ei. Unde es tu.
Qui respondit. Filius hominis advene
amalechite ego sum. Et ait ad
eum david. Quare non timuisti mit
tere manum tuam ut occideres xpm
domini. Vocansque david unum
de pueris suis ait. Accedens irrue
in eum. Qui percussit illum et mortuus
est. Et ait ad eum david. Sanguis
tuus super caput tuum. Os enim tuum lo
cutum est adversum te dicens. Ego
interfeci xpm domini. Tu. Domi
ne vide.[218] Omne tempus. Ant. Adimpleta sunt.
Omnis enim in omnibus sicut david
fidelis inventus est in regno suo
egrediens et regrediens et pergens

Factum est ut adimpleri regis. Lc. vi.
Anni sunt [illegible] philistinorum adversus

isr(ae)l et descendit david et servi eius
cum eo et pugnabant contra phi(listeos)
Deficiente autem da(vid) / listiim en lxii
d(omi)n(u)s iesbi de nob erat vir qui
fuit de genere arapha cuius ferrum
haste trecentos siclos appende-
bat et accinctus erat ense novo lxiii
Tapro(?) est pene david p(re)sidias
ei fuit abisai filius sarvie
et percussit philisteum interfecit. Tunc
iuraverunt viri david dicentes lxiiii
Iam non egredieris nobiscum
in bellum ne extinguas lucerna(m)
in isr(ae)l. Secundum quod fuit bellum in
gob contra philisteos lxv
Tertium quod fuit bellum contra phi-
listiim in gob in quo percussit
adeodatus filius saltus po-
limitarius et bethlehemites
goliath gethe(um) cuius hastile
haste erat quasi liciatorium texen-
Quartum bellum in geth / tium lxvi
In quo vir erat de genere gy-
gantum excelsus qui binos
nos in manibus pedibusque ha-
bebat digitos id est xxiiii
Et erat de origine arapha
qui blasphemavit isr(ae)l et
Dominica viii R(esponsorium) Benedicimus 218
Ad mag(nificat) an(tiphona) Doleo super te
frater mi ionatha amabilis
valde super amorem mulierum
sicut mater unicum amat filium
ita te diligebam. Sagitta

liciatorium est instrumentum lanificii
... xxiii barum

ionathe nunquam abiit retrorsum
nec declinavit clipeus eius a bel-
lo et hasta eius non est aversa. lx
Et rex david senuerat habebatque
etatis plurimos dies cumque ope-
riretur vestibus non calefiebat lx
Dixerunt ergo servi sui Queratur
domino nostro regi adolescentu-
lam virginem et stet coram rege
et foveat eum dormiatque in sinu
suo et calefaciat dominum regem
Quesierunt ergo adolescentulam lxx
speciosam in omnibus fi-
nibus isr(ae)l et invenerunt abisag
sunamitem et adduxerunt eam
Erat autem puella ad regem lxx
pulchra nimis dormiebatque
cum rege et ministrabat ei rex vero
non cognovit eam. An(tiphona)
Adonias autem filius aggith
elevabatur dicens Ego regna-
bo fecitque sibi currus et equites
quinquaginta viros qui ante
eum currerent nec corripuit eum
pater suus aliquando dicens quare hoc
Erat autem et ipse / fecisti. lxxi
pulcher valde secundus natu
post absolon et sermo eius cum
ioab filio sarvie et cum abyathar
sacerdote qui adiuvabant partes
adonie. An(tiphona) Dominica viii R(esponsorium)
219 Benedictus d(omi)n(u)s Ad mag(nificat) an(tiphona)
Rex autem david cooperto capi-
te incedens lugebat filium dicens

absolon fili mi fili mi absolon
quis michi det ut ego moriar
pro te fili mi absolon lc̄o p̄ma
Factum est autem cum complesset salo
mon orans dominum omnem ora
tionem hanc et deprecationem hanc
surrexit de conspectu altaris domini
utraque enim genu in terra flexerat
et manus expandit orat ad celum
Stetit ergo et benedixit omni lc̄o ij
ecclesie israel voce magna dicens
Benedictus dominus deus israel qui de
dit requiem populo suo israel iuxta
omnia que locutus est per moysen
Sit dominus deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus lc̄o iij
nobiscum sicut fuit cum patribus
nostris Tu Non derelinquens
nos neque proiciens sed inclinet
corda nostra ad se ut ambulemus
in omnibus viis eius Et custo
diamus mandata eius et cerimoni
as et iudicia que cumque mandavit
patribus nostris Tu Et sint ser
mones mei isti quibus deprecatus
sum coram domino appropinquantes domino deo
nostro die ac nocte Tu Dominica
ix post trinitatem Ad magnificat Adnuxit
Tu Unxerunt salomonem sadoch
sacerdos et nathan propheta regem
in gyon et ambulantes leti di
xerunt vivat rex in eternum lc̄o j
Factum est cum levare vellet dominus
helyam per turbinem in celum
ibant helyas et helyseus de

Dixit itaque helyas ad helyseum sede hic quia lc̄o ij
helyas ad helyseum sede hic quia
dominus misit me usque in bethel lc̄o iij
Qui agit helyseus vivit dominus et
vivit anima tua quia non derelinquam te
Cumque descendissent bethel lc̄o iiij
egressi sunt filii prophetarum qui erant
in bethel ad helyzeum et dixerunt ei
Nunquid nosti quia dominus hodie lc̄o v
tollet dominum tuum a te Qui respondit
ego novi silete Dixit autem he
lyas ad helyseum sede hic quia
dominus misit me in iericho et ille
ait Vivit dominus et vivit anima
tua quia non derelinquam te Tu lc̄o vj
Cumque venissent iericho accesserunt
filii prophetarum qui erant in iericho
et dixerunt ei Nunquid nosti quia
hodie dominus tollet dominum tuum a te
et ait ego novi silete Tu Nota
si kalende augusti septembris
octobris novembris decembris
evenerint quarta uel sexta feria uel
sabbato in sequenti dominica incipiatur
historia Si autem evenerint secunda
uel tercia feria in precedenti dominica
incipiatur Si autem evenerint die
dominico eodem die incipiatur Si autem
festum alicuius sancti novem lectionum
evenerit fiat inter tres optimus
dictavit Dominica in mense
augusti de sapientia adversus autem
Benedictus cum ceteris autem et versus capitulum
Benedictus deus et pater Lectio Mon

time et mandata eius observa. Hoc
est omnis homo. V. timentibus deum nichil de
est nec hiis qui eum diligunt in veritate
V. Deus creator. V. Vespertina oratio
Iste ymnus dicitur singulis diebus
sabbatis usque ad adventum domini. Ad
magnificat an. Sapientia clamitat in pla
teis si quis diligit sapientiam ad me
declinet et eam inveniet et eam cum
invenerit beatus est si tenuerit eam
Invitatorium Regem magnum
Ymnus Nocte surgentes. An. ps. in i. noct.
Parabole salomonis filii david. Lc. i. Pa
regis israel ad sciendam sapientiam
et disciplinam ad intelligenda
verba prudentie et suscipiendam
eruditionem doctrine iusticiam et iu
dicium et equitatem ut detur par
vulis astucia adolescenti scientia
et intellectus. Audiens sapiens
sapientior erit et intelligens
gubernacula possidebit. Animad
vertat parabolam et interpretationem
verba sapientum et enigmata
eorum. Timor domini principium sapientie.
Sapientiam atque doctrinam stulti despi
ciunt. Tu. R. In principio deus
antequam terram faceret priusquam abis
sos constitueret priusquam produceret
fontes aquarum antequam mon
tes collocarentur. Ante omnes
colles generavit me dominus. V. Ego
in altissimis habito et thronus
meus in columpna nubis

Audi fili mi disciplinam patris. Lc. ii.
tui et ne dimittas legem ma
tris tue ut addatur gratia capiti tuo
et torques collo tuo. Fili mi si te
lactaverint peccatores ne acqui
escas eis. Si dixerint veni no
biscum insidiemur sanguini abscon
damus tendiculas contra inson
tem frustra deglutiamus eum sic
ut infernus viventem et inte
grum quasi descendentem in lacum
omnem preciosam substantiam reperiemus
implebimus domus nostras spoliis.
Sortem mitte nobiscum mar
supium unum sit omnium. Tu. R. Emit
te domine sapientiam de sede magnitu
dinis tue ut mecum sit et mecum
laboret. Ut sciam quid acceptum
sit coram te omni tempore. V. Da mihi
domine sedium tuarum assistricem sapientiam.
Fili mi ne ambules cum eis. Lc. iii.
Prohibe pedem tuum a semi
tis eorum. Pedes enim illorum ad ma
lum currunt et festinant ut effun
dant sanguinem. Frustra enim iaci
tur rethe ante oculos penna
torum. Ipsi quoque contra sanguinem
suum insidiantur et moliuntur
fraudes contra animas suas. Sic
semite omnis avari animas pos
sidentium rapiunt. Sapientia foris
predicat in plateis dat vocem
suam in capite turbarum clamitat
in foribus portarum urbis profert

verba patris dicens. Usquequo parvuli di-
ligitis infantiam et stulti ea que
noxia sunt sibi cupient et im-
prudentes odibunt scienciam. Ca.
R. Domine pater et deus vite mee ne
derelinquas me in cogitatu ma-
ligno extollenciam oculorum me-
orum ne dederis michi et desiderium
malignum averte a me concupiscen-
ciam et animo irreverenti et in-
frunito ne tradas me. V. Da m[ichi]
domine sedium tuarum. Et infru. Lectio iiij
Convertimini ad correptionem me-
am en proferam spiritum meum
et ostendam verba quia vocavi et
renuistis extendi manum me-
am et non fuit qui aspiceret. Despex-
istis omne consilium meum et in-
crepaciones meas neglexistis.
Ego quoque in interitu vestro ride-
bo et subsannabo cum vobis quod ti-
mebatis advenerit cum irruerit
repentina calamitas et interi-
tus quasi tempestas ingruerit quando
venerit super vos tribulacio et angus-
tia tunc invocabunt me et non
exaudiam mane consurgent
non invenient me eo quod exosam
habuerint disciplinam et timorem
domini non susceperint nec acquieve-
rint consilio meo et detraxerint
universe correptioni mee. Ca. R.
Da michi domine sedium tuarum
assistricem sapienciam et noli

me reprobare a pueris tuis. Quoniam ser-
vus tuus sum ego et filius an-
cille tue. V. Domine pater et deus vite
mee ne derelinquas me in cogita-
tu maligno. Quoniam. Lectio v
Comedent igitur fructus vie sue
suisque consiliis saturabuntur a-
versio parvulorum interficiet eos pros-
peritas stultorum perdet eos. Qui au-
tem me audierit absque terrore
requiescet et habundancia perfrue-
tur malorum timore sublato. Fili mi
si susceperis sermones meos et man-
data mea absconderis penes
te ut audiat sapienciam auris tua
inclina cor tuum ad cognoscen-
dam prudenciam. Si enim sapienciam in-
vocaveris et inclinaveris cor tuum
prudencie. Si quesieris eam quasi
pecuniam et sicut thesauros fo-
deris illam tunc intelliges timo-
rem domini et scienciam dei invenies
quia dominus dat sapienciam et ex ore eius
prudencia et sciencia. Ca. R. Gyrum
celi circuivi sola et in fluctibus
maris ambulavi in omni gente
et in omni populo primatum tenui
superborum et sublimium colla propria
virtute calcavi. V. Ego in altissi-
mis habitavi et thronus meus in
columpna nubis. Gyrum. Lectio vi
Custodiet rectorum salutem et
proteget gradientes simplici-
ter servans semitas iusticie et

vias sanctorum custodiens. Tunc in
telliges iusticiam et iudicium et equi
tatem et omnem semitam bonam. Si
intrauerit sapiencia cor tuum et sciencia a
nime tue placuerit, consilium custo
diat te et prudencia seruabit te, ut
eruaris de via mala et ab homine
qui peruersa loquitur. Qui relinquunt
iter rectum et ambulant per vias
tenebrosas, qui letantur cum ma
lefecerint et exultant in rebus
pessimis, quorum vie peruerse et infa
mes gressus eorum, ut eruaris a
muliere aliena et ab extranea
que mollit sermones suos, et relin
quit ducem pubertatis sue et pacti
dei sui oblita est. Tu autem. R. Verbum
iniquum et dolosum longe fac a me
domine. Diuitias et paupertates ne
dederis michi, sed tantum victui meo
tribue necessaria. V. Ne forte saciatus
euomam illud et periurem
nomen dei mei. Sed tantum. R. Mag
na enim sunt iudicia tua domine et in
enarrabilia verba tua. Magnifi
casti populum tuum et honorasti. V. De
duxisti sicut oues populum tuum
in manu moysi et aaron. R. Ini
cium sapiencie timor domini. Intellectus
bonus omnibus facientibus eum. Lau
datio eius manet in seculum se
culi. V. Dispersit dedit pauperibus
iusticia eius manet in seculum
seculi. R. Ne derelinquas me

domine pater et dominator vite mee
ut non corruam in conspectu aduer
sariorum meorum. Ne gaudeat de
me inimicus meus. V. Apprehende arma
et scutum et exurge in adiutorium
michi. Ne gaudeat. Laudes et hore
modo solito dicuntur. R. per ebdomadam
Omni salute et omni pulchritudi
ne dilexi sapienciam et proposui pro luce
habere illam. Venerunt michi omnia bona
pariter cum illa. V. Dixi sapiencie soror
mea es, et prudenciam vocaui ami
cam meam. Venerunt. R. Cogne
sunt in corde hominum oculi tui videre
domine et in libro tuo omnia scribentur.
Homo videt in facie, deus autem
in corde. V. Inperfectum meum viderunt
oculi tui et in libro tuo omnes
scribentur. Homo. R. Prebe fili
cor tuum michi et oculi tui vias me
as custodiant. Ut addatur gracia
capiti tuo. V. Attende fili mi
sapienciam meam et ad eloquium meum
inclina aurem tuam. Ut addatur.
Dominica prima. R. Emitte agnum
domine. Ad magnificat antiphona. Sapiencia edi
ficauit sibi domum, excidit co
lumpnas septem, subdidit sibi
gentes, superborum et sublimium
colla propria virtute calcauit.
Sapiencia edificauit sibi. Lectio prima
domum, excidit columpnas sep
tem, immolauit victimas suas,
miscuit vinum, proposuit mensam

sua misit ancillas suas ut vo
carent ad arcem et ad menia civi
tatis. Cn. l. vii. Si quis est parvu
lus veniet ad me et insipienti
bus locuta est. Venite comedi
te panem meum et bibite vinum quod
miscui vobis. Cn. l. viii. Relinquite
infantiam et vivite et ambulate
in viis prudentie. Qui erudit derisorem
ipse sibi iniuriam facit et qui ar
guit impium generat maculam
sibi. Cn. l. viii. Noli arguere deri
sorem ne oderit te. Argue sa
pientem et diliget te. Da sapien
ti occasionem et addetur ei sapientia. Do
ce iustum et festinabit accipere. l. v.
Principium sapientie timor domini
et scientia sanctorum prudentia. Per me enim
multiplicabuntur dies tui et ad
dentur anni vite tue. Cn. l. vi.
Si sapiens fueris tibimet ipsi
eris. Si autem illusor solus por
tabis malum. Mulier stulta et
clamosa plenaque illecebris et
nichil omnino sciens sedet in fori
bus domus sue super sellam in ex
celso urbis loco ut vocaret
transeuntes viam et pergentes itine
re suo. Cn. Dominica iii. R. Commune
quater. Ad magt. an. Ego in altis
simis habito et thronus meus
in columpna nubis. Lectio prima.
Verba ecclesiastes filii David
regis Ierusalem. Vanitas vani
tatibus dixit Ecclesiastes vani
tas vanitatum vanitas.
Quid habet amplius homo de
universo suo labore quo laborat
sub sole. Cn. l. ii. Generatio prete
rit et generatio advenit terra autem stat
in eternum. Oritur sol et occidit et ad
locum suum revertitur ibique renascens
gyrat per meridiem et flectitur ad aqui
lonem. Cn. l. iii. Lustrans universa
in circuitu pergit spiritus et in circulos suos
revertitur. Omnia flumina intrant
mare et mare non redundat. Cn. l. iiii. Ad lo
cum unde exeunt flumina revertuntur
ut iterum fluant. Cuncte res diffi
ciles non potest eas homo explicare
sermone. l. v. Non saturatur
oculus visu nec auris impletur
auditu. Quid est quod fuit? ipsum quod
est futurum. Quid est quod factum est? ipsum
quod faciendum est. Cn. Lectio vi.
Nichil sub sole novum nec valet
quisquam dicere hoc recens est. Iam
enim precessit in seculis que fuerunt
ante nos. Cn. Dominica iiii. R.
229 Da michi domine. Ad magt. an.
Omnis sapientia a domino deo est et
cum illo fuit semper et est ante evum.
Diligite iustitiam qui iudicatis. l. i.
terram. Sentite de domino in bonita
te et in simplicitate cordis querite illum
quoniam invenitur ab hiis qui
non temptant illum. Apparet
autem illis qui fidem habent in
illum. Perverse enim cogitatio- l. ii.
nes separant a deo. Probata

aut/ virtus corripit insipientes. Quoniam
in malivolam animam non introi
bit sapientia nec habitabit in corpore sub
dito peccatis. Eccli lxiij. Sanctus enim spiritus
disciplinae effugiet fictum/ et
auferet se a cogitationibus quae
sunt sine intellectu/ et corripietur
a superveniente iniquitate. lx iiij.
Benignus est enim spiritus sapientiae
et non liberabit maledictum a
labiis suis quoniam renum illius tes
tis est deus et cordis eius scru
tator est verus et linguae illius
auditor/ Quoniam spiritus domini reple
vit orbem terrarum et hoc quod continet
omnia scientiam habet vocis. Eccli lxv.
Propter hoc qui loquitur iniqua
non potest latere nec praeteriet illum
corripiens iudicium. In cogitationibus
enim impii interrogatio erit
sermonum autem illius auditus
ad deum veniet et ad correptionem
iniquitatum illius. Eccli lxvj.
Quoniam auris zeli audit omnia et
tumultus murmurationum non
absconditur. Custodite ergo vos a
murmuratione quae nihil prodest et
a detractione parcite linguae. Quoniam
sermo obscurus in vacuum non
ibit. Os autem quod mentitur occidit
animam. Eccli. Dominica v. Lectio. Epistola
libri Ad nocturnum/ Antiphona. Dominus possedit
me ab initio viarum suarum antequam
quicquam faceret a principio. Necdum
erant abyssi et ego parturiebar.

quando praeparabat caelos aderam cum eo.
Omnis sapientia a domino
deo est et cum illo fuit semper
et est ante aevum. Arenam maris et
pluviae guttas et dies saeculi/
Altitudinem caeli quis dinumeravit
et latitudinem terrae et profundum
abyssi quis mensus est? Sapientiam
dei praecedentem omnia quis investi
gavit? Prior omnium creata
est sapientia et intellectus prudentiae ab
aevo. Fons sapientiae verbum dei in ex
celsis et ingressus illius manda
Radix sapientiae cui revelata est lxij
revelata est et astutias illius
quis agnovit? Disciplina sapientiae
cui revelata est et manifestata
et multiplicationem illius ingres
sus quis intellexit? Eccli lxiij.
Unus est altissimus et creator
omnipotens rex potens et metu
endus nimis sedens super thro
num illius et dominans deus. Ipse
creavit illam in spiritu sancto et vidit et di
numeravit et mensus est. lxv.
Et effudit illam super omnia opera sua
et super omnem carnem secundum da
tum suum et praebet illam diligenti
bus se. Timor domini gloria et gloriatio
et laetitia et corona exultationis. lxvj.
Timor domini delectabit cor et da
bit laetitiam et gaudium in lon
gitudine dierum. Timenti dominum
bene erit in extremis in die de
functionis suae benedicetur. Dilectio dei

honorabilis sapientia quibus autem ap-
paruerit in visione diligunt eam in previ-
sione et agnitione magnalium
suorum. Dominica prima kalendis
septembris R. Antequam comedam
Adimplete antiphona. Cum audisset Iob
nuntiorum verba sustinuit patienter
et ait si bona suscepimus de manu
Domini mala autem quare non sustine-
amus. In omnibus his non peccavit Iob
labiis suis neque stultum quid contra
Deum locutus est. Lectio prima
Vir erat in terra Hus nomine Iob
et erat vir ille simplex et rectus
ac timens Deum et recedens a ma-
lo. Natique sunt ei septem filii et tres
filie et fuit possessio eius septem
milia ovium et tria milia ca-
melorum quingenta quoque iuga boum
et quingenta asine ac familia
multa nimis. Tu autem. R. Si bona sus-
cepimus de manu Domini mala autem
quare non sustineamus. Dominus dedit
Dominus abstulit sicut Domino placuit
ita factum est sit nomen Domini benedictum.
V. In omnibus his non peccavit Iob
labiis suis neque stultum quid con-
tra Deum locutus est. Dominus. Lectio II
Eratque vir ille magnus inter
omnes orientales et ibant fi-
lii eius et faciebant convivia per
domos unusquisque in die suo et
mittentes vocabant tres soro-
res suas ut comederent et biberent

cum eis. Tu autem. R. Antequam comedam suspi-
ro et tamquam inundantis aque sic rugi-
tus meus quia timor quem timebam
evenit mihi et quod verebar accidit. Non-
ne dissimulavi nonne silui et ia-
cui et venit super me indignatio
tua Domine. V. Nolo multa fortitudine
contendat mecum nec magnitudinis
sue mole me premat equitatem
proponat contra me. Nonne. Lectio III
Cumque in orbem transissent dies con-
vivii mittebat ad illos Iob
et sanctificabat eos consurgensque
diluculo offerebat holocausta
per singulos. Dicebat enim ne for-
te peccaverint filii mei et benedix-
erint Deo in cordibus suis. Sic facie-
bat Iob cunctis diebus. Tu autem. R.
Utinam appenderentur peccata mea
quibus iram merui. Et calamitas
quam patior in statera. V. Quasi are-
na maris hec gravior appareret. Un-
de et verba mea dolore sunt plena.
Quadam autem die cum venissent Lectio IIII
filii Dei et assisterent coram Domino
affuit inter eos etiam Sathan. Cui Dominus
dixit unde venis. Qui respondens
ait circuivi terram et perambulavi
eam. Dixitque Dominus ad eum Numquid
considerasti servum meum Iob quod non
sit similis ei in terra homo simplex
et rectus ac timens Deum et recedens
a malo. R. Quare detraxisti ser-
monibus veritatis ad increpandum

[illegible] compositis et [illegible] manum
amicum virum. Vermitamen quam cogi
tantis explere. V. Milicia est vita
hominis super terram et sicut mercenarii
dies eius. Vestiti quae. Leccio v.
Cui respondens sathan ait:
Numquid frustra Job timet deum? Nonne
tu vallasti eum ac domum eius uni-
versamque substanciam eius per circuitum? Operi-
bus manuum eius benedixisti, et pos-
sessio eius crevit in terra. R. In-
duta est caro mea putredine et sor-
dibus pulveris cutis mea aruit
et contracta est. Memento mei domine
quia ventus est vita mea. V. Dies mei
sicut umbra declinaverunt et ego sicut
Dixit ergo dominus. Ad fenum arui. Leccio vi.
ad sathan: Ecce universa quae habet
in manu tua sunt: tantum in eum ne exten-
das manum tuam. Egressusque est
sathan a facie domini. Cum autem quadam
die filii eius et filie comede-
rent et biberent vinum in domo fratris
sui primogeniti, nuncius venit
ad Job qui diceret: Boves arabant
et asine pascebantur iuxta eos
et irruerunt Sabei tuleruntque omnia
nec non et pueros percusserunt
gladio, et evasi ego solus ut
nunciarem tibi. R. Paucitas die-
rum meorum finietur brevi. Dimitte
me domine ut plangam pau-
lulum dolorem meum antequam vadam
ad terram tenebrosam et opertam mortis
caligine. V. Ecce in pulvere sedeo
et in pulvere dormio et si mane
me quesieris non subsistam. Dimitte.
R. Ne abscondas me domine a
facie tua; manum tuam longe
fac a me et formido tua non
me terreat. V. Voca me et ego respon-
debo tibi aut certe loquar et
tu responde mihi. Et formido. R. Quis
mihi tribuat ut in inferno protegas
me et abscondas me donec pertran-
seat furor tuus domine? Nisi tu qui
solus es deus et constituas tempus in
quo recorderis mei. V. Numquid sicut
dies hominis dies tui ut queras
iniquitatem meam, cum sit nemo qui
de manu tua possit eruere? Nisi.
R. Nocte os meum perforatur dolori-
bus et qui me comedunt non dormi-
unt; in multitudine eorum consumitur ves-
timentum meum. Comparatus sum lu-
to et assimilatus sum favillae
et cineri. V. Quare posuisti contrarium tibi et factus
sum mihimetipsi gravis? Parce mihi domine;
nichil enim sunt dies mei. Compa-
ratus. Cetera ut supra. Feria secunda. Leccio.
Cum adhuc ille loqueretur venit
alter et dixit: Ignis dei cecidit de
celo et tactas oves puerosque
consumpsit, et effugi ego solus
ut nunciarem tibi. R. Numquid deus
supplantat iudicium aut omnipotens
subvertit quod iustum est? Libera me

domine et pone me iuxta te et cuius
uis manus pugnet contra me
V. Apprehende arma et scutum et ex
surge in adiutorium michi. Et cuius
Sed et illo adhuc loquente lectio
venit alius et dixit ei. Caldei fe-
cerunt tres turmas et invaserunt
camelos tuleruntque eos et necnon
pueros percusserunt gladio et effu-
gi ego solus ut nunciarem tibi
Adhuc loquebatur ille et ecce alius
intravit et dixit R. Nonne cog-
nosti deus vias meas et cunctos
gressus meos dinumerasti quia si am-
bulavi in vanitate aut festi-
navit in dolo pes meus appen-
dat in statera iusta. Et sciet deus
innocenciam meam V. Quis det
ut veniat peticio mea et quod expec-
to tribuat michi deus. Et sciet. lectio
Filiis tuis et filiabus vescentibus
et bibentibus vinum in domo fratris
sui primogeniti repente ventus
vehemens irruit a regione de-
serti et concussit quatuor angulos do-
mus que corruens oppressit liberos
tuos et mortui sunt et effugi ego
solus ut nunciarem tibi R. Adesto
dolori meo deus nimium fatigor
et cecidit in luctum cythera mea
et cantacio mea in ploracionem
V. Versa est in luctum cythera mea
et organum meum. In plo. tercia
Tunc surrexit iob et tercia lectio
scidit tunicam suam et tonso ca-

pite corruens in terram adoravit et
dixit Nudus egressus sum de ven-
tre matris mee et nudus revertar illuc
dominus dedit dominus abstulit sicut domino
placuit ita factum est sit nomen
domini benedictum R. Audivi auribus au-
divi te domine nunc autem oculus
meus videt te idcirco ipse me repre-
hendo et ago penitenciam in favilla et cinere
V. Unum locutus sum quod utinam non
dixissem et alterum quibus ultra nichil
addam sed ponam digitum ori meo
In omnibus hiis non peccavit iob
labiis suis neque stultum quid contra
deum locutus est. Factum est autem cum
quadam die venissent filii dei et
starent coram domino venisset et sathan
inter eos et staret in conspectu eius. cui
dixit dominus ad sathan unde venis
Qui respondens ait Circuivi terram
et perambulavi eam. R. Cum con-
solabar me recessit a me quod
quod nolui et non in neio fundebant
oculi mei lacrimas quia repletus
sum amaritudine V. [illegible] fletu de-
fecerunt oculi mei et palpebras
meas operuit umbra mortis
Et dixit dominus ad [illegible] ris [illegible]
sathan Numquid considerasti servum
meum iob quod non sit ei similis
in terra homo simplex et rectus et timens
deum ac recedens a malo et ad-
huc retinens innocenciam. Tu
autem commovisti me adversus
eum ut affligerem eum frustra.

℟ Desiderium meum est audi et tribue
mi auditorem qui estate cponat ge
me ut preciat adiutorium indi
cium meum ℣ Nolo multa fortitudine
contendat mecum ne magnitudinis
sue ut supra ferie iiii lectio i
Cui respondens sathan ait pellem
pro pelle et cuncta que habet homo da
bit pro anima sua Alioquin mitte ma
num tuam et tange os eius et carnem
et tunc videbis quod in facie benedi
cat tibi Dixit ergo dominus ad sathan
Ecce in manu tua est ℟ Quare consolat
Verumtamen animam eius serva lectio
Egressus ergo sathan a facie domini
percussit iob ulcere pessimo a plan
ta pedis usque ad verticem eius
Qui testa saniem radebat se
dens in sterquilinio Dixit autem illi
uxor sua Adhuc tu permanes in
simplicitate tua benedic deo et morere
Qui ait ad illam ℟ Desiderium lectio
Quasi una de stultis mulieribus
locuta es Si bona suscepimus de
manu domini mala quare non susti
neamus In omnibus his non pecca
vit iob labiis suis ℟ Inclinavit
faciem meam in gemitu commoueantur
omnibus membris meis quoniam
dominus quare in permittit me non dimittis
Et si sum impius quare non sum mor
tuus sed laboro ℣ Quod est ei forti
tudo mea ut sustineam aut quis
finis meus ut patienter agam Et
si sum Dominica prima mensis septembris

omnia ut supra ℟ Utinam appenderentur
Ad magnificat antiphona In omnibus his non
peccavit iob labiis suis neque
stultum quid contra deum locutus est
Invitatorium Regem magnum
cetera modo consueto lectio prima
Igitur audientes tres amici iob
omne malum quod accidisset ei vene
runt singuli de loco suo eliphas
et themanites et baldach suites
et sophar naamathites Condix
erant enim ut pariter venientes visita
rent eum et consolarentur ℟ Si bona lectio ii
Cumque levassent oculos suos non cog
noverunt eum et exclamantes plo
raverunt scissisque vestibus sparserunt
pulverem super caput suum in celum et
sederunt cum eo in terra septem diebus
et septem noctibus et nemo ei loquebatur
Videbant enim ℟ lectio iii
enim esse dolorem vehementem post
hec aperuit iob os suum et ma
ledixit diei suo et locutus est
Pereat dies in qua natus sum
et nox in qua dictum est conceptus
est homo Dies ille vertatur in tene
bras Non requirat eum deus desuper
non sit in recordatione nec illustretur
Obscurent eum tenebre lectio iiii
tenebre et umbra mortis oc
cupet eum caligo et involvatur
amaritudine Noctem illam tenebro
sus turbo possideat Non computetur
in diebus anni nec numeretur in
mensibus Sit nox illa solitaria

nec laude digna. Lectio quinta

Maledicant illi qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare leviathan. Obtenebrentur stelle caligine eius: expectet lucem et non videat, nec ortum surgentis aurore: quia non conclusit hostia ventris qui portavit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Lectio vi

Quare in vulva mortuus non sum, egressus ex utero non statim perii? Quare exceptus genibus? cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens silerem, et somno meo requiescerem cum regibus et consulibus terre, qui edificant sibi solitudines: aut cum principibus qui possident aurum, et replent domos suas argento. Feria secunda

Ibi impii cessaverunt a tumultu, et ibi requieverunt fessi robore. Et quondam vincti pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris. Parvus et magnus ibi sunt, et servus liber a domino suo. Quare data est misero lux, et vita his qui in amaritudine anime sunt? Lectio ii

Qui expectant mortem et non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer cum invenerint sepulchrum: viro cuius abscondita est via, et circumdedit eum deus tenebris. Antequam comedam suspiro, et quasi inundantis aque sic rugitus meus: quia timor quem timebam evenit mihi, et quod verebar accidit. Nonne silui? nonne quievi? et venit super me indignatio.

Respondens autem eliphaz themanites dixit. Lectio iii Si ceperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies: sed conceptum sermonem tenere quis possit? Ecce docuisti plurimos, et lassos roborasti. L.

Vacillantes confirmaverunt sermones tui, et genua trementia confortasti. Nunc autem venit super te plaga, et defecisti: tetigit te, et conturbatus es. Ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, et perfectio viarum tuarum? Recordare obsecro te quis umquam Lectio v innocens periit? aut quando recti deleti sunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos, flante deo perisse, et spiritu ire eius esse consumptos. Lectio

Rugitus leonis, et vox leene, et dentes catulorum contriti sunt. Tigris periit, eo quod non haberet predam, et catuli leonis dissipati sunt. Porro ad me dictum est verbum absconditum, et quasi furtive suscepit auris mea venas susurrii eius. In horrore visionis nocturne, quando solet sopor occupare homines,

Pavor tenuit me, Feria iii et tremor, et omnia ossa mea

preterita sunt et cum spiritus me presente transi
ret inhorruerunt pili carnis
mee. Stetit quidam cuius non ag
noscebam vultum ymago coram o
culis meis et vocem quasi aure lenis
Numquid homo dei comparatione iustificabitur Lectio
ne iustificabitur aut factore suo
purior erit vir. Ecce qui serviunt
ei non sunt stabiles et in angelis
suis reperit pravitatem. Quanto magis
hii qui inhabitant domos lute
as qui terrenum habent fundamentum
consumentur velud a tinea Lectio iii
De mane usque ad vesperam succi
dentur et quia nullus intelligit in eter
num peribunt qui autem reliqui fue
rint auferentur ex eis morientur
et non in sapientia. Voca ergo si est qui
tibi respondeat et ad aliquem sancto
rum convertere. Dominica tercia Advs
An. Tu parvus ut supra R. Omni tempore V.
Domine custos vespertina Ad magnificat An.
Ne reminiscaris domine delicta mea
vel parentum meorum neque vindictam
sumas de peccatis meis Cetera more
consueto Invitatorium Regem
Thobias ex tribu magnum Lectio
et civitate neptalim que est in
superioribus partibus galilee super
naason post viam que ducit ad occi
dentem in sinistro habens civita
tem sephat cum captus esset in diebus
salmanasar regis assiriorum
in captivitate tamen positus viam
veritatis non deseruit ita ut omnia
que habere poterat cotidie concapti
vis fratribus qui erant ex genere suo
impertiret R. Peto domine ut de vinculis
improperii huius absolvas me aut
certe desuper terram eripias me ne
reminiscaris delicta mea vel parentum
meorum Neque vindictam sumas de
peccatis meis quia eripis sustinentes
te domine V. Omnia iudicia tua iusta
sunt et omnes vie tue misericordia et veritas et
nunc domine memento mei Neque Lectio
Cumque esset iunior omnibus in tribu
neptalim nichil tamen puerile gessit
in opere Denique cum irent omnes ad
vitulos aureos quos ierobaam
fecerat rex israel hic solus fugie
bat consortia hominum et pergebat
ad ierusalem ad templum domini et ibi
adorabat dominum deum israel R. Omni
tempore benedic deum et pete ab eo
ut vias tuas dirigat Et omni
tempore consilia tua in ipso permaneant
V. Memor esto fili quoniam pauperem
vitam gerimus habebis multa
bona si timueris deum Et omni Lectio iii
Omnia primitiva sua et decimas
suas fideliter offerens ita ut in
tercio anno proselitis et advenis
ministraret omnem decimationem
Hec et his similia secundum legem dei
puerulus observabat Cum vero
factus esset vir accepit uxorem
annam de tribu sua genuitque
ex ea filium nomen suum imponens
ei R. Memor esto fili quoniam pauperem

vitam gessimus, habebis multa bona
si timueris deum. V. Fiducia magna
erit coram summo deo elemosina
omnibus qui faciunt eam. Ihesus. R.
Qui ab infancia timere deum do-
cuit et abstinere ab omni peccato.
Igitur cum per captivitatem devenisset
cum uxore sua et filio in Ninivem
civitatem cum tribu sua, et omnes
ederent ex cibis gentilium, iste cus-
todivit animam suam, et nunquam conta-
minatus est in escis eorum. R. Suffi-
ciebat nobis paupertas nostra ut
divicie computarentur, nunquam fuisset
pecunia ista pro qua misisti filium
nostrum. Baculum senectutis mee. V.
Heu me fili mi ut quid te mis-
imus peregrinari lumen oculorum nostrorum.
Et quia memor fuit domini in toto corde
suo, dedit illi deus graciam in conspectu
Salmanasar regis, et dedit ei potes-
tatem quocumque vellet ire, habens li-
bertatem quecumque facere voluisset.
Pergebat ergo per omnes qui erant
in captivitate, et monita salu-
tis dabat eis. R. Benedicite deum
celi et coram omnibus viventibus con-
fitebimini ei quia fecit nobiscum
misericordiam suam. V. Tempus est ut revertar
ad eum qui me misit, vos autem.
Cum autem ve- Benedicite deum. lectio vi.
nisset in Rages civitatem Medo-
rum, et ex his quibus honoratus
fuerat a rege, habuisset decem talenta

argenti, et cum multa turba generis
sui Gabelum egentem videret qui
erat ex tribu eius, sub chirogra-
pho dedit illi memoratum pondus
argenti. R. Tempus est ut revertar
ad eum qui me misit, vos autem
benedicite deum et enarrate omnia
mirabilia eius. V. Omnium que benedic-
dominum et petite ab eo ut vias dirigat.
R. Nos alium deum nescimus preter
dominum in quo speramus, qui non despi-
ciet nos nec amovet salutare suum
a genere nostro. V. Expectemus humiles
consolationem eius qui non derelin-
R. Domine deus qui conteris
bella ab inicio, eleva brachium
tuum super gentes que cogitant servis
tuis mala, et dextera tua glorifi-
cetur in nobis. V. Erige brachium tuum sicut
ab inicio et allide virtutem eorum.
R. Dominator domine celorum et terre creator
aquarum rex universe creature. Ex-
audi orationem servorum tuorum. V. Domine
deus exercituum magne et mirabilis.
Exaudi. Per ebdomadam lectio.
Post multum vero temporis mortuo
Salmanasar rege, cum regnaret
Sennacherib filius eius pro eo
et filios Israel exosos haberet in con-
spectu suo, Thobias pergebat per om-
nem cognationem suam et consolabatur eos,
dividebatque unicuique prout po-
terat de facultatibus suis. R. [illegible]
[illegible]simentes alebr. Domine. lectio ii.

nudisque vestimenta prebebat. Et
mortuis atque occisis sepulturam sol
licite exhibebat. Denique cum reversus
fuisset Sennacherib fugiens a iu
dea plagam quam circa eum deus fecerat
propter blasphemiam suam. Lectio iii.
At ubi nunciatum est regi, iussit
eum occidi, et tulit omnem substantiam
eius. Thobias vero cum filio suo
et uxore fugiens nudus latuit
quia multi diligebant eum. Post vero
quadraginta quinque dies occiderunt
regem filii ipsius et reversus est
Thobias ad domum suam, omnisque
facultas eius restituta est ei. Lectio.
Post hec vero cum esset dies festus domini
et factum esset prandium bonum in domo
Thobie, dixit filio suo: Vade
adduc aliquos de tribu nostra ti
mentes deum ut epulentur nobis
cum. Cumque abisset, reversus nuncia
vit unum ex filiis israel iugula
tum iacere in platea. Statimque
exiliens de accubitu suo relinquens
prandium ieiunus pervenit ad
corpus tollensque illud portavit ad
domum suam occulte ut dum sol
occubuisset caute sepeliret eum. Lectio.
Cumque occultasset corpus manducavit
panem cum luctu et tremore me
morans illum sermonem quem dixit
dominus per amos prophetam: Dies festi
vestri convertentur in lamentationem.
Cum vero sol occubuisset, Lectio.

ipse abiit et sepelivit eum. Argu
ebant autem illum omnes proximi
sui dicentes: Iam huius rei causa
interfici iussus es et vix effu
gisti mortis imperium et iterum se
pelis mortuos. Lectio. Sed Thobi
as plus timens deum quam regem
rapiebat corpora occisorum et oc
cultabat in domo sua et me
diis noctibus sepeliebat ea. Lectio.
Contigit autem ut in quadam die
fatigatus a sepultura veniens
domum iactasset se iuxta parietem
et obdormisset et ex nido hirun
dinum dormienti calida stercora
inciderent super oculos eius ut fieret cecus. Lectio.
Hanc autem temptationem permisit
dominus evenire illi ut pos
teris daretur exemplum patientie eius
sicut et sancti Iob. Nam cum ab infantia
sua semper deum timuerit et man
data eius custodierit, non est
contristatus contra deum quod pla
ga cecitatis evenerit ei, sed immo
bilis in dei timore permansit agens
gratias deo omnibus diebus vite sue.
Dominica iiij Ad ve. An. ps.
ex plo. V. ympnus ut supra R. Nos alium
Ad magnificat An. Adonay domine deus mag
ne et mirabilis qui dedisti sa
lutem in manu femine exaudi
preces servorum tuorum. [illegible]
Arphaxat itaque rex medorum Lectio i
subiugaverat multas gentes

imperio suo et ipse edificavit civi
tatem potentissimam quam appellavit
egbathanis ex lapidibus quadra
tis et sectis fecit muros eius al
titudinem cubitorum .xx. et in latitu
dinem cubitorum .xxx. turres vero eius
posuit in altitudinem cubitorum c.
R. Adonay domine deus magne et mi
rabilis qui dedisti salutem in ma
nu femine exaudi preces servorum tu
orum. V. Creator domine celi et terre rex
universe creature tue exau. lc. ii.
Per quadrum vero earum latus utrumque
in tenorum pedum spacio tendebatur
posuitque portas eius in altitudine
turrium et gloriabatur quasi potens
in potentia exercitus sui et in gloria
quadrigarum suarum. R. Tribulatio
nes civitatum audivimus quas pas
se sunt et defecimus timor et hebitu
do mentis cecidit super nos et super
liberos nostros ipsi montes nolunt
recipere fugam nostram. domine miserere.
V. Peccavimus cum patribus nostris iniuste
egimus iniquitatem fecimus. lc. iii.
Anno igitur xii. regni sui na
buchodonosor rex assiriorum qui
regnabat in ninive civitate
magna pugnavit contra arfax
at et obtinuit eum in campo mag
no qui appellatur ragau circa eu
fraten et tygrim et iadasonem in cam
po erioch regis elicorum. R. Benedixit
te deus in virtute sua qui per te ad nichilum
redegit inimicos nostros. V. Ut non de
ficiat laus tua de ore hominum. V. Qui
vidisti angustie generis tui et non
pepercisti anime tue. Ut non. lc. iiii.
Tunc exaltatum est nabuchodono
sor et cor eius elevatum est. misit
ad omnes qui habitabant in cilicia
et damasco et libano et ad gen
tes que sunt in carmelo et cedar et
habitantes galileam in campo mag
no esdrelon et ad omnes qui erant in
samaria et trans flumen iordanem
usque in iherusalem et omnem terram yesse quo
usque perveniatur ad montes ethiopie.
Ad hos omnes. R. Nos alium deum. lc. v.
misit nuntios nabuchodonosor
rex assiriorum qui omnes uno animo con
tradixerunt et remiserunt eos vacu
os ac sine honore abiecerunt. Tunc
nabuchodonosor rex ad omnem
terram illam iratus iuravit per thro
num et regnum suum quod defenderet se de omnibus.
R. Recordare mei domine omnipoten
tatui dominans da sermonem rectum
et bene sonantem in os meum ut pla
ceant verba mea in conspectu principis
converte cor eius in odium repugnantium
nobis et in eos qui consentiunt eis.
Nos autem libera in manu tua deus no
ster in eternum. V. Cadat homo eorum in ira
cundia tua qui promiserunt se violare
Anno xiii. nabu sancta tua. Nos. l. vi.
chodonosor regis assiriorum vi
cesima secunda die mensis primi factum

est verbum domini nabuchodonosor
regis assyriorum ut defenderet se.
Vocavitque omnes maiores natu
omnesque duces et bellatores suos
et habuit cum eis misterium consilii
sui. R. Dominator domine. V. Domine deus qui co.
R. Vos qui in turribus estis aperite por-
tas dominus omnipotens fecit virtutem. Et
victoriam dedit de inimicis nostris.
V. Laudate dominum deum nostrum qui
non deseruit sperantes in se. Et vic.
R. Laudate dominum deum nostrum qui non
deseruit sperantes in se. Et in me ad-
implevit misericordiam suam quam promisit
domui israel. V. Laudate dominum omnes
gentes et collaudate eum omnes populi.
Dixitque cogitationem suam in eo esse
ut omnem terram suo subiugaret
imperio. Quod dictum cum placuisset
omnibus, vocavit nabuchodonosor
rex principem militie sue et dixit
ei Egredere adversum omne regnum oc-
cidentis et contra eos precipue qui
contempserunt imperium meum. R. Vos.
Non parcet oculus tuus. Tu autem domine. Lectio
tuus ullo regno, omnemque urbem
munitam subiugabis michi. Tunc
holofernes vocavit duces et ma-
gistratus virtutis assyriorum et di-
numeravit viros in expeditionem
sicut precepit ei rex, centum viginti
milia peditum pugnatorum et
equitum sagittariorum .xii. milia.
Omnemque expeditionem fecit. Lectio
[illegible] in multitudine innumerabilium came-
lorum cum hiis que exercitibus sufficerent
copiose boumque armenta
gregesque ovium quorum non erat
numerus. Frumentum ex omni syria in
transitu suo parari constituit. Aurum
vero et argentum de domo regis
assumpsit multum nimis. Lectio v.
Et profectus [illegible] est ipse
et omnis [illegible] exercitus
cum quadrigis equitibus et sagit-
tariis qui cooperuerunt faciem terre
sicut locuste. Cumque pertransisset fines
assyriorum venit ad magnos montes
ange qui sunt a sinistro cilicie,
ascenditque omnia castella eorum et ob-
tinuit omnem munitionem. Lectio
Effregit autem civitatem opinatis-
simam melothi, predavitque omnes fi-
lios tharsis et filios ismael qui erant
contra faciem deserti et ad austrum ter-
re celon. Et transivit eufraten et
venit ad mesopotamiam et effregit
omnes civitates excelsas que erant
a torrente mambre usquequo perveniatur
ad mare. Et occupavit terminos eius a cilicia usque ad fines iafeth qui
sunt ad austrum. Adduxitque omnes fili-
os madian et predavit omnem lo-
cupletationem eorum omnesque resistentes
sibi occidit in ore gladii. Si fuerit
dominica infra quatuor kalen-
das octobris tunc dicitur ad vesperas oratio
ut supra. [illegible] in alium. Adiunge

Domine rex omnipotens in dicione tua
cuncta sunt posita et non est qui
possit resistere tue voluntati. Si in no
non sunt dominica tunc infra ebdo
madam legitur liber Hester et
cantantur tria R. Domine rex omnipotens
In diebus Assueri qui Lectio prima
regnavit ab India usque Ethio
piam [illegible] super centum
viginti [illegible] ti et septem pro
vincias quando sedit in solio regni
sui Susa civitas regni eius ex
ordium fuit. Tercio igitur anno im-
perii sui fecit grande convivium cunctis
principibus. R. Domine rex omnipotens in di
cione tua cuncta sunt posita et non
est qui possit resistere voluntati
tue libera nos propter nomen tuum.
V. Qui regis Israel intende qui de
ducis velud ovem Ioseph. Lectio ii
Et pueris suis fortissimis Persarum
et Medorum inclitis et prefectis provinciarum
coram se ut ostenderet divitias glorie
regni sui ac magnitudinem atque
iactantiam potentie sue multo tem
pore centum videlicet et octoginta die
bus. R. Conforta me rex sanctorum prin
cipatum tenens et da sermonem rectum
et bene sonantem in os meum. V. Da no
bis domine locum penitentie et ne
claudas ora canentium te domine.
Cumque implerentur dies convivii Lectio
invitavit omnem populum qui inven
tus est in Susis a maximo usque ad
minimum et septem diebus iussit
preparari convivium in vestibulo orti
et nemoris quod regio cultu
et manu consitum erat. R. Spem
in alium nunquam habui preter te Deus
Israel qui irasceris et propitius eris et omnia
peccata hominum in tribulatione dimittis.
V. Qui regis Israel intende qui dedu
cis velud ovem Ioseph. Et omnia.
Si Hester liber die dominico inponi
tur in vesperis R. Domine rex omnipotens
Ad magnificat antiphona Domine rex ut supra. In
matutinis ut supra R. Adonay domine
sex integraliter posita additis
eis tribus scilicet Domine rex ut supra. Lectio
Et pendebant ex omni parte ten
toria aerii coloris et carpasini
et iacinctini sustentata funi
bus bissinis atque purpure
is qui eburneis circulis inserti
erant et columpnis marmore
is fulciebantur. Lectio iii. Lectuli quoque
aurei et argentei super pavime
ntum smaragdinum et pario stra
tum lapide dispositi erant quod
mira varietate pictura decorabat.
Bibebant autem qui invitati erant
aureis poculis et aliis atque
vasis cibi inferebantur. Lectio iiii.
Vinumquoque ut magnificentia
regia dignum erat habundans
et precipuum ponebatur. Nec erat
qui nolentes cogeret ad bibe
ndum sed sic rex / statuerat preposito

nes meos singulis de principibus
suis ut implerent unusquisque quod uel-
Vasti quoque regina fecit convi- lectio iiij
vium feminarum in palacio ubi rex
Assuerus manere consueverat. Itaque
die septimo cum esset rex hila-
rior et post nimiam potacionem
incaluisset mero, precepit septem
eunuchis eunuchis qui in con-
spectu eius ministrabant. lectio v
Ut introducerent reginam Vasthi
coram rege posito super caput eius
dyademate et ostenderet cunctis po-
pulis et principibus illius pulcri-
tudinem. Erat enim pulcra valde.
Que renuit et ad regis im-
perium quod per eunuchos mandave-
rat venire contempsit. lectio vi
Unde iratus rex et nimio fu-
rore succensus interrogavit sa-
pientes qui ex more regio sem-
per ei aderant et illorum faciebat
cuncta consilio scientium leges ac
iura maiorum. Erant autem primi
et proximi vii. duces persarum atque
medorum qui videbant faciem regis
Dominica prima mensis octobris
Ad vesperas antiphona capitulum ut supra R. Ex-
audiat dominus hymnus cum versu ut supra. Ad
magnificat antiphona Adaperiat dominus cor
vestrum in lege sua et in preceptis suis
et faciat pacem in diebus vestris

cetera more solito finiantur. Invitatorium
Dominum qui fecit nos venite a-
doremus. ps. Venite. ymnum ps. ut s.
Et factum est postquam Allex- lectio i
ander macedo philippi qui
primus regnavit in grecia e-
gressus de terra cethim percussit
darium regem persarum et medorum
constituit prelia multa et omnium
obtinuit munitiones et interfecit
reges terre et pertransiit usque ad
fines terre. R. Adaperiat dominus cor
vestrum in lege sua et in preceptis
suis et faciat pacem in diebus vestris
concedat nobis salutem et redimat
nos a malis. V. Exaudiat dominus
orationes vestras et reconcilietur
nobis nec nos deserat in tempore malo
Et accepit spolia multitudinis lectio ii
gentium et siluit terra in conspectu eius
Et congregavit virtutem exerci-
tus fortem nimis et exaltatum est et
elevatum cor eius et obtinuit
regiones gentium et tirannos
et facti sunt illi in tributum. R. Exau-
diat dominus orationes vestras et re-
concilietur nobis nec nos deserat in tempore
malo dominus deus noster. V. Adaperiat
dominus cor vestrum in lege sua et in pre-
ceptis suis et faciat pacem. lectio iii
Et post hec decidit in lectum et
cognovit quia moreretur et vocavit

priores suos nobiles qui secum nu-
triti erant a iuventute sua et divi-
sit illis regnum suum cum adhuc
viveret. Et regnavit alexander
annis duodecim et mortuus est.
R. Tua est potentia tuum regnum
domine tu es super omnes gentes. Da pa-
cem domine in diebus nostris. V. Creator
omnium deus terribilis et fortis iuste.
Et obtinuerunt [illegible] lc. iiij.
pueri eius regnum unusquisque
in loco suo. Et imposuerunt sibi omnes
diademata post mortem eius.
et filii eorum post eos annis multis
et multiplicata mala sunt in terra. Et
exiit ex eis radix peccatrix anti-
ochus illustris filius antio-
chi regis qui fuerat rome ob-
ses et regnavit in anno centesi-
mo xxxvii° regni grecorum.
R. Refulsit sol in clipeos aure-
os et resplenduerunt montes ab
eis et fortitudo gentium dissipa-
ta est. V. Erat enim exercitus mag-
nus valde et fortis et appropinqua-
bat iudas et exercitus eius ad
In diebus illis [illegible] lc. v.
exierunt ex israel filii iniqui et
suaserunt multis dicentes eamus
et disponamus testamentum cum
gentibus que circa nos sunt quia
ex quo recessimus ab eis inve-

nos
nerunt multa mala. Et bonus
visus est sermo in oculis eorum. R.
Impetum inimicorum ne timueri-
tis memores estote quomodo salvi
facti sunt patres nostri. Et nunc clamemus in
celum et miserebitur nostri deus noster.
V. Mementote mirabilium eius que
fecit pharaoni et exercitui eius in mari.
Et destinaverunt [illegible] rubro. Et lc. vi.
aliqui de populo et abierunt ad re-
gem et dedit illis potestatem ut
facerent iustitias gentium. Et edi-
ficaverunt gymnasium in ierosolimis
secundum leges nationum et fecerunt
sibi preputia et recesserunt a testa-
mento sancto et iuncti sunt nationi-
bus et venumdati sunt ut facerent
malum. R. Ornaverunt faciem templi
coronis aureis et dedicaverunt
altari domino. Et facta est letitia
magna in populo. V. In hymnis et
confessionibus benedicebant
dominum. Et facta. R. In hymnis et
confessionibus benedicebant do-
mino qui magna fecit in israel
et victoriam dedit illis dominus
omnipotens. V. Ornaverunt faciem tem-
pli coronis aureis et dedi-
caverunt altari domino. R. Con-
gregati sunt inimici nostri et gloriantur
in virtute sua contere fortitudi-
nem illorum domine et disperge illos

Ut cognoscant quia non est alius
nisi qui pugnat pro nobis nisi tu
deus noster. V. Disperge illos in virtute
tua et destrue eos protector noster
domine. Ut cog. R. Dixit iudas
symoni fratri suo elige tibi viros
et vade libera fratres tuos in gali
leam ego autem et ionathas fra
ter meus ibimus in galadi
tim. al. V. Sicut fuerit voluntas
in celo sic fiat. Accingimini et
estote filii potentes quia me
lius est nobis mori in bello quam vi
dere mala gentis nostre et sanctorum.
Et paratum sanctorum. Feria ii^a. Lectio.
est regnum in conspectu antio
chi. et cepit regnare in terra e
gypti ut regnaret super duo reg
na. et intravit in egyptum in multi
tudine gravi in curribus et elephan
tis et equitibus et copiosa na
vium multitudine. R. Hic est fratrum
amator et populi israel. Hic est qui
multum orat pro populo et universa sancta
civitate ierusalem. V. Vir iste in populo
suo mitissimus apparuit. Hic. Lectio ii.
Et constituit bellum adversus pto
lomeum regem egypti. et veritus
est ptolomeus a facie eius et fu
git. et ceciderunt vulnerati multi
et comprehendit civitates munitas
in terra egypti. et accepit spolia terre

egypti. R. Congregati sunt gentes
in multitudine ut dimicent contra
nos. et ignoramus quid agere de
beamus. domine deus a te sunt oculi nostri
ne pereamus. V. Aperi oculos tu
os domine et vide afflictionem nostram.
Et convertit antiochus. Lectio iii.
postquam percussit egyptum in cen
tesimo et quadragesimo et ter
tio anno. et ascendit ad israel et as
cendit ierusalem in multitudine
gravi. et intravit in sanctificationem
cum superbia. et accepit altare
aureum et candelabrum luminis et
universa vasa eius. R. Tu domine
universorum qui nullam habes in
digentiam voluisti templum tuum
fieri in nobis. conserva domum istam
inmaculatam in eternum domine. V. Qui
regis israel intende qui deducis
velud ovem ioseph. Conserva. Lectio. Feria
Et factus est planctus magnus tertia
in israel et in omni loco eorum. et in
gemuerunt principes et seniores
iuvenes et virgines infirmati
sunt. et speciositas mulierum inmuta
ta est. Omnis maritus sumpsit la
mentum que sedebant in thoro ma
ritali lugebat. R. Tu domine univ.
Et commota est terra super habitan
tes in ea. et universa domus ia
cob induit confusionem. Et post

duos annos dierum misit rex prin-
cipem tributorum in civitates iuda
et venit in ierusalem cum turba magna
et locutus est verba ad eos pa-
cifica in dolo et crediderunt ei
R. Adaperi oculos tuos domine et
vide afflictionem nostram circumde-
derunt nos gentes ad pugnan-
dum nos Sed tu domine extende
brachium tuum et libera animas
nostras V. Congregate sunt gentes
in multitudine ut pugnent contra
Et irruerunt contra nos Sed tu Lectio iii
civitatem repente et percussit eam
plaga magna et perdidit populum
multum ex israel et accepit spolia
civitatis et succendit eam igni
et destruxit domos eius et mu-
ros eius in circuitu et duxerunt capti-
vas mulieres et natos et peco-
ra possiderunt R. Dispersam vin-
eam populi mei dicit dominus et disper-
dam omnia mala que in diviso-
rem Et auferam brachium labo-
rem a facie terre et civitate ista
V. Refulsit sol in clipeos au-
reos et resplenduerunt montes
Dominica secunda Tabeis Et anse
mense octobris Ad vesperas antiphona super psalmos
capitulum hymno versus ut supra R. Una est
antiphona Exaudiat dominus Ad magnificat antiphona
Exaudiat dominus orationes vestras

et reconcilietur vobis nec vos
deserat in tempore malo Cetera ut supra
In diebus illis surrexit Lectio prima
mathatias filius iohannis
filii simeonis sacerdos ex filiis
ioarim ab ierusalem et consedit
in monte modin et erant ei
filii quinque iohannes qui cognomi-
nabatur gaddis et s[illegible] Et [illegible] mo
qui cognominabatur [illegible] thasi
et iudas qui vocabatur macha-
beus et eleazarus qui cog-
nominabatur abaron Lectio secunda
Hii viderunt mala que fiebant
in populo iuda et ierusalem Et dixit
mathathias Ve mihi ut quid na-
tus sum videre contritionem populi mei
et contritionem civitatis sancte et se-
dere illic cum datur in manibus
inimicorum Sancta in manu extra-
neorum facta sunt templum eius sicut ho-
mo ignobilis Lectio tercia Vasa glorie
eius captiva abducta sunt Tru-
cidati sunt senes eius in plateis
et iuvenes ceciderunt in gla-
dio inimicorum Que gens non here-
ditavit regnum eius et non
obtinuit spolia eius Omnis
compositio eius ablata est
Que erat libera facta est ancilla
et ecce sancta nostra et pulchritudo
nostra et claritas nostra desolata est

et coinquinauerunt eam gentes. Quo
ergo adhuc nobis uiuere. Et sci-
dit matathias et filii eius ues-
timenta sua et operuerunt se ci-
liciis et planxerunt ualde. Lectio
Et uenerunt illuc qui missi erant
a rege anthiocho ut cogerent
eos qui confugerant in ciuitate
modin immolare et thura accen-
dere et a lege dei discedere. et multi
de populo israel consentientes acces-
serunt ad eos. Sed matathias et
filii eius constanter steterunt. Lectio
Et respondentes qui missi erant
ab anthiocho dixerunt mata-
thie princeps et clarissimus et
magnus es in hac ciuitate et
ornatus filiis et fratribus.
Ergo accede prior et fac ius-
sum regis sicut fecerunt omnes
gentes et uiri iuda et qui re-
manserunt in ierusalem. Feria secunda
Et eris tu et filii tui inter ami-
cos regis et amplificatus ar-
gento et auro et muneribus mul-
tis. Et uidit matathias et dix-
it magna uoce. Et si omnes gen-
tes regi antiocho obediunt ut
discedat unusquisque a seruitu-
te patrum suorum et consentiant
mandatis eius. Lectio Ego et
filii mei et fratres mei obedie-
mus legi patrum nostrorum. Propicius
sit nobis deus. Non est nobis

utile relinquere legem et iusti-
cias dei. Non audiemus uerba
regis antiochi nec sacrificabimus
transgredientes legis nostre man-
data ut eamus altera uia. Lectio
Et ut cessauit loqui uerba hec
accessit quidam iudeus in omnium
oculis sacrificare ydolis super aram
in ciuitate modin secundum iussum
regis. et uidit matathias
et doluit et contremuerunt re-
nes eius. Lectio Sed et uirum quem
miserat rex antiochus qui
cogebat immolare occidit in
ipso tempore et aram destruxit
et zelatus est legem sicut fe-
cit phinees zamri filio salo-
mi. Lectio Et exclamauit ma-
tathias in ciuitate. Tunc descen-
derunt multi querentes iusticiam
et iudicium in desertum ut sederent
ibi et filii eorum et mulieres eorum
et pecora eorum quia induraue-
rant super eos. Lectio Et renunci-
atum est uiris regis et ex-
ercitui qui erant in ierusalem ciui-
tate dauid quia discessissent ui-
ri quidam qui dissipauerant
mandatum regis in loca occul-
ta in deserto et abissent post
illos multi. Et statim perrexe-
runt ad eos et constituerunt ad-
uersus eos prelium in die sabbatorum.
Dominica iiia p[ost] Refulsit sol 231

Ad magt an Da pacem domine in
diebus nostris quia non est alius qui pugnet
pro nobis nisi tu deus noster. Ceta
Et appropinquaverunt mod solito lc
dies mathathie moriendi
et dixit filiis suis. Nunc confor
tata est superbia et castigatio et tem
pus eversionis et ira indignationis
Nunc o filii emulatores estote le
gis et date animas vestras pro testa
mento patrum et mementote operum
patrum que fecerunt in generationibus
suis et accipietis gloriam mag
nam et nomen eternum. lc ii
Abraham nonne in tempta
tione inventus est fidelis
et reputatum est ei ad iusticiam
Daniel in sua simplicitate li
beratus est de ore leonum. Et
ita cogitate per generationem et
generationem quia omnes qui spe
rant in deum non infirmantur. et
a verbis viri peccatoris non timu
eritis quia gloria eius stercus et ver
mis est. lc Hodie extollitur
et cras non invenitur quia conversus
est in terram suam et cogitatio eius
periet. Vos ergo filii conforta
mini et viriliter agite in lege quia
cum feceritis que vobis precepta
sunt a domino deo nostro in ipsa gloriosi eritis
Ecce symon frater vester lc
scio quia vir consilii est ipsum au
dite semper et ipse vobis erit pater.

Et iudas machabeus fortis
viribus a iuventute sua sit vobis
princeps milicie et ipse aget
bellum populi. lc v Et vos addu
cetis ad vos omnes factores legis
et vindicate vindictam populi vestri
et retribuite retributionem genti
bus et intendite in precepta legis
Et benedixit eos et appositus
est ad patres suos et defunc
tus est anno centesimo xl
sexto et sepultus est a filiis
suis in sepulchris patrum suorum
in modin et planxerunt eum
planctu magno omnis israel
Et surrexit iudas qui lc vi
machabeus vocabatur filius
eius pro eo et adiuvabat eum
omnes fratres eius et universi qui
se coniunxerant patri eius et prelia
bantur prelium israel cum leti
cia et dilatavit gloriam populo suo
Et induit se loricam sicut lc
gigas et succinxit se arma
bellica sua in preliis et protegebat
castra gladio suo. Similis
factus est leoni in operibus suis
et sicut catulus leonis ru
giens in venatione et persecu
tus est iniquos perscrutans eos
Et qui conturbabant populum suum
eos succendit flammis et
repulsi sunt inimici pre timore
eius et omnes operarii iniquitatis

conturbati sunt et directa est salus in manu eius et exacerbabat reges multos et letificabat iacob in operibus suis et in seculum memoria eius in benedictione. Lco. Et perambulavit civitates iude et perdidit impios ex eis et avertit iram ab israel et nominatus est usque ad novissimum terre et congregavit pereuntes. Et congregavit appollonius gentes et a samaria virtutem multam et magnam ad bellandum contra israel. Lco. Et cognovit iudas et exiit obviam illi et percussit et occidit eum et ceciderunt vulnerati multi et reliqui fugerunt. Et accepit spolia eorum et gladium appollonii abstulit iudas et erat pugnans in eo omnibus diebus. Lco. Et audivit seron princeps exercitus syrie quod congregavit iudas congregationem et ecclesiam fidelium secum et ait: Faciam michi nomen et glorificabor in regno et debellabo iudam et eos qui cum ipso sunt qui spernebant verbum regis. Et preparavit se et ascenderunt cum eo castra impiorum fortes auxiliari ut facerent vindictam in filios israel. Lco. Et appropinquaverunt usque bethoron et exiit obviam illis iudas cum paucis. Et viderunt autem exercitum venientem obviam sibi dixerunt iude: Quomodo poterimus pauci pugnare adversus multitudinem tantam tam fortem. Et nos fatigati sumus ieiunio hodie. Et ait iudas: Facile est concludi multos in manu paucorum et non est differentia in conspectu dei celi liberare in multis aut in paucis, quoniam non in multitudine exercitus victoria belli sed de celo fortitudo est. Lco.

Anno centesimo quinquagesimo primo exiit demetrius seleuci filius ab urbe roma et ascendit cum paucis viris in civitatem maritimam et regnavit illic. Et factum est ut ingressus est in domum regni patrum suorum comprehendit exercitus anthiochum et lysiam ut adduceret eos ad eum. Et res eis innotuit et ait: Nolite mihi ostendere faciem eorum. Et occidit eos exercitus. Lco. Et sedit demetrius super sedem regni sui et venerunt ad eum viri iniqui et impii ex israel et alchimus dux eorum qui volebat fieri sacerdos et accusaverunt populum apud regem dicentes:

Perdidit iudas et fratres eius omnes amicos tuos et dispersit nos de terra nostra. Nunc ergo mitte virum cui credis ut eat et videat exterminium omne quod fecit de

regionibus regis et perimit omnes
amicos eius et adiutores eorum
Dominica quinta R. Impetum inimi-
corum Adiuvat dominus V. Extende domine
brachium tuum et libera animas nostras
Et elegit rex de preceptis lectio
suum ex amicis suis Ba-
chidem qui dominabatur trans flumen
magnum in regno et fidelem regi
et misit eum et Alchimum impium
constituit in sacerdocio et manda-
vit ei facere ultionem in filios Israel
Et surrexerunt et venerunt cum ex-
ercitu magno in terra Iuda et
miserunt nuncios et locuti sunt
ad Iudam et ad fratres eius verbis
pacificis in dolo et non intende-
runt sermonibus eorum viderunt enim
quia venerant cum exercitu magno
Et convenerunt ad Alchimum lectio
et Bachidem congregatio scribarum
requirere que iusta sunt et pri-
mi Asidei qui erant in filiis Israel
et exquirebant ab eis pacem
Dixerunt enim homo sacerdos de
semine Aaron venit non decipiet
nos Et locutus est cum eis
verba pacifica lectio Et iuravit
illis dicens Non inferemus vobis
malum neque amicis vestris Et
crediderunt ei Et comprehendit
ex eis sexaginta viros et
occidit eos in una die secundum
quod scriptum est Carnes sanctorum
tuorum et sanguinem ipsorum effude-
runt in circuitu Ierusalem Et non erat
qui sepeliret lectio Et incubuit
timor in omnem populum quia dixerunt
Non est in eis veritas et iudicium
transgressi enim sunt constitutum et
iusiurandum quod iuraverunt Et ap-
plicuit Bachides castra ab Ierusalem
et applicuerunt in Bezecha et misit
et comprehendit multos ex eis qui
a se refugerant et quosdam de
populo mactavit et in puteum mag-
num proiecit lectio Et misit regio-
ne Alchimo et reliquit cum eo
auxilium in adiutorium ipsi Et ab-
iit Bachides ad regem et satis
agebat Alchimus pro principatu
sacerdotii sui Et convenerunt ad
eum omnes qui perturbabant populum
suum et obtinuerunt terram Iuda
et fecerunt plagam magnam in
Israel lectio Et Iudas omnia mala
que fecit Alchimus et qui cum
eo erant in filios Israel plus mul-
to quam gentes et exiit in omnes
fines Iudee in circuitu et fecit
vindictam in viros desertores et
cessaverunt ultra exire in regione
Vidit autem Alchimus quod preva-
luit Iudas et qui cum eo sunt
et cognovit quia non potest sustinere
eos et ingressus est in regem
et accusavit eos multis criminibus
Et misit rex Nichanorem unum ex
principibus suis nobilioribus qui
erat inimicitias exercens contra Israel

et mandauit ei cultū populi lcō
Et venit maior ī urbē cū ingenio
exatu et misit ad iudā et ad frēs
eius cū dolo ubis pacificis di
cens Nō sit pugna int me et
vos veniā cū viris paucis et
videā facies vrās cū pace Et
venit ad iudā et salutauerūt se
īuicē pacifice et hostes para
cant rape iudā Tuauit Si una
ebdomada de ecclō repetenda fuit
ind cantabit R Congregati sunt
Ad magt aū Tu dnē uniuersorū
qui nulla habes īdigenciā vo
luisti templū tuū fieri ī nobis
cōserua domum istā īmaculatā
ī eternū Cetera more cōsueto Laudes
ī mediate 6a dicte Dominica pa
mensis nouēbris Aū Bndictus
Cap Benedictus deus R Aspice dnē
Hy Deus tutor V Vespertina orō
Ad magt aū Vidi dnm sedentē
sup soliū excelsū plena erat oīs
tra maiestate eius et ea que
sub ipso erant replebant templū
Cetera more cōsueto Inuitatoriū
Dnm qui fecit nos Venite ado
remus Ps Venite cetera ēt ps Lcō
Et factū est ī tricesimo anno
quarto mense quinta mensis cū
essem ī medio captiuorū iuxta
flumē tobar aperti sunt celi et vi
di visiones dei ī quinta mense
ipse est annus quintus trāsmigra
cōnis regis ioachim [illegible]

R Vidi dnm sedentē sup soliū
excelsū et eleuatū et plena erat
omnis tra maiestate eius Et ea que
sub ipso erant replebant templū
V Seraphin stabant sup illud
sex ale uni et sex ale alteri lcō
Factū est verbū dni ad ezechielē
filiū buzi sacerdotē ī tra calde
orū secus flumē tobar Et facta
est sup eū ibi manus dni Et vi
di et ecce ventus turbinis veniebat
ab aquilone et nubes magna
et ignis īuoluēs et splendor
ī circuitu eius R Aspice dnē de se
de scā tua et cogita de nobis
inclina deus meus aurē tuā et
audi aperi oculos tuos et vide
tribulacōnē nrām V Qui regis
isrl intēde qui deducis velud
ouē ioseph Aperi lcō Et de me
dio eius quasi species electri id
est de medio ignis Et ī medio
eius quasi similitudo quatuor ani
maliū et hic aspectus eorū Simi
litudo hominis et quatuor faci
es uni et quatuor penne uni
et pedes eorū pedes recti et pla
ta pedis eorū quasi planta pedis
vituli R Aspice dnē quia facta est
desolata ciuitas plena diuiciis
sedet ī tristicia dna gencium
Nō est qui cōsoletur eā nisi
tu deus V Plorans plorauit ī
nocte et lacrime eius ī max
illis eius Nō est lcō Quarta

Et similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium et quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis et de igne fulgor egrediens et animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulguris choruscantis. R. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes tota die et nocte non tacebunt laudare nomen domini. V. Qui reminiscimini domini ne taceatis et ne detis silentium ei.

Cumque aspicerem animalia [illegible] apparuit rota una super terram iuxta animalia habens quatuor facies et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris et una similitudo ipsarum quatuor et aspectus earum et opera earum quasi sit rota in medio rote. R. Clipeo tuo inexpugnabili circumcinge nos domine et armis tue potencie protege nos semper. Libera domine deus Israel clamantes ad te. V. Erue nos domine in mirabilibus tuis et da gloriam nomini tuo. Libera.

Lectio. Per quatuor partes earum euntes ibant et non revertebantur cum ambularent. Statura quoque erat rotis et altitudo et horribilis aspectus et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsarum quatuor. Cumque ambularent animalia ambulabant pariter et rote iuxta ea et cum elevarentur animalia de terra elevabantur simul et rote. R. Sustinuimus pacem et non venit quesivimus bona et ecce turbatio. Cognovimus domine peccata nostra non in perpetuum obliviscaris nos. V. Peccavimus cum patribus nostris iniuste egimus iniquitatem fecimus. Non in. R. Misit dominus angelum suum et conclusit ora leonum et non me contaminaverunt quia coram eo iusticia inventa est in me. V. Misit deus misericordiam suam et veritatem suam animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Et. R. Angustie michi sunt undique et quid eligam ignoro. Melius est michi incidere in manus hominum quam derelinquere legem dei mei. V. Si enim hoc egero mors michi est si autem non egero non effugiam manus vestras. Melius. R. Laudabilis populus quem dominus exercituum benedixit dicens opus manuum mearum tu es hereditas mea Israel. V. Beata gens cuius est dominus deus eius populus quem elegit in hereditatem sibi. Hereditas. Feria

Et vidi et cecidi Feria secunda lectio prima in faciem meam et audivi vocem loquentis et dixit ad me Fili hominis sta super pedes tuos et loquar tibi. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est michi et statuit me super pedes meos et audivi loquentem ad me et dicentem. R. Redimet dominus populum suum et liberavit eum et venient et exultabunt in monte Sion et gaudebunt

de bonis domini. V. A fructu frumenti vi
ni et olei et usque non esurient.
A fructu frumenti vini et olei sui
multiplicati sunt. Et ysa. lectio iii
Fili hominis mitto ego te ad fili
os israel ad gentes apostatrices
que recesserunt a me. ipsi et patres eorum
prevaricati sunt pactum meum usque
ad diem hanc. et filii dura facie
et indomabili corde sunt ad quos
ego mitto te. R. A facie furoris tui
deus conturbata est omnis terra. sed tu
domine miserere. Et ne facias consumationem.
V. Converte nos deus salutaris noster
et averte iram tuam a nobis. Et ne
Et dices ad eos. hec dicit dominus. lectio
deus. si forte vel ipsi audiant et
si forte quiescant quoniam domus ex
asperans est. et scient quia propheta
est fuerit in medio eorum. Tu ergo
fili hominis ne timeas eos. ne
que sermones eorum metuas. quoniam
increduli et subversores sunt tecum
et cum scorpionibus habitas. R. Fluc
tus tui super me transierunt et dixi
expulsus sum ab oculis tuis
rursus videbo templum tuum. V.
Abyssus vallavit me et pela
gus cooperuit caput meum. Ru
Verba eorum feria iiii lectio prima
ne timeas et vultus eorum ne for
mides. quia domus exasperans est.
Loqueris ergo verba mea ad eos
si forte audiant et quiescant quoniam
irritatores sunt. Tu autem fili hominis
audi quecumque loquar ad te. et no
li esse exasperans sicut domus ex
asperatrix est. R. Indicabo tibi
homo quid sit bonum aut quid dominus re
quirat a te facere iudicium et misericordi
am et sollicitum ambulare cum deo
tuo. V. Spera in domino et fac boni
tatem et inhabita terram et pasceris in di
vitiis eius. Facere. lectio. Aperi os tu
um et comede quecumque ego do tibi.
Et vidi et ecce manus missa
ad me in qua erat involutus
liber. et expandit illum coram
me. qui erat scriptus intus et
foris. et scripte erant lamentationes
et carmen et ve. R. Genti peccatrici
populo pleno peccatis parce domine deus.
V. Esto placabilis super nequitiam
populi tui parce. lectio. Et dixit ad
me. fili hominis quecumque inveneris
comede. Comede volumen
istud. et vadens loquere ad fili
os israel. Et aperui os meum
et cibavit me volumine illo.
et dixit ad me. fili hominis
venter tuus comedet. et visce
ra tua complebuntur volumine isto
quod ego do tibi. R. Civitatem istam
tu circumda domine et angeli tui cus
todiant muros eius. Exaudi
domine populum tuum cum misericordia. V. [illegible]
[illegible]
R. Cum [illegible] domine ioseph Ex

contines tronos et abyssos intue
ris domine rex regum montes conside
ras terram palmo concludis. Exau
di nos deus in gemitibus nostris. V. In
regis israel inten. q. d. ne oue ioseph.
Dominica secunda ebdomade mensis no
vembris. R. Aspice domine. In secundo nocturno an. Ini
micos tuos in lumine constituti cus
todes tota die et tota nocte non
tacebant laudare nomen domini.
Cetera more consueto. Lectio prima
Et comedi illud et factum est in ore
meo sicut mel dulce. Et dixit
dominus ad me. Fili hominis vade et
ingredere ad domum israel et loqueris
verba mea ad eos. Non enim ad populum profun
di sermonis et ignote lingue tu
mitteris ad domum israel: neque
ad populos multos profundi sermo
nis et ignote lingue quorum non
possis audire sermones. Lectio ii.
Et si ad illos mittereris ipsi audi
rent te. Domus autem israel nolunt
audire te quia nolunt audire me.
Omnis quippe domus israel attri
ta fronte est et duro corde.
Ecce dedi faciem tuam valentiorem
faciebus eorum et frontem tuam duri
orem frontibus eorum. Ut adamantem
et ut silicem dedi faciem tuam. Lectio
Ne timeas eos neque metuas
a facie eorum quia domus exaspe
rans est. Et dixit ad me. Fili
hominis omnes sermones meos quos

loquor ad te assume in corde
tuo et auribus tuis audi. Et va
de ingredere ad transmigrationem
ad filios populi tui. Lectio. Et loque
ris ad eos et dices eis. Hec dicit
dominus deus si forte audiant et quie
scant. Et assumpsit me spiritus et
audivi post me vocem commotionis
magne. Benedicta gloria domini de lo
co suo et vocem alarum animali
um percucientium alteram ad alte
ram et vocem rotarum sequentium ani
malia et vocem commotionis magne.
Spiritus quoque levavit me et Lectio
assumpsit me. Et abii amarus in
indignatione spiritus mei. Manus enim
domini erat mecum confortans me.
Et veni ad transmigrationem ad a
cervum novarum frugum ad eos
qui habitabant iuxta flumen
Chobar et sedi. Lectio. Cum autem per
transissent vii. dies factum est ver
bum domini ad me dicens. Fili ho
minis speculatorem domui israel de
di te et audies de ore meo verbum
et annuncians eis ex me. Si autem
te annunciante impio et ille
non fuerit conversus ab impietate
et a via sua impia ipse quidem
in iniquitate sua morietur. Verbum
Et facta est ibi super me Dominica
manus domini. Et dixit ad me l.
Surgens egredere in campum et
ibi loquar tecum. Et surgens

egressus sum in campum. et ecce ibi
gloria domini stabat quasi gloria quam vidi
iuxta fluvium Chobar. Et cecidi
in faciem meam. et ingressus est in me
spiritus et statuit me super pedes meos.
Et locutus est mihi et dixit lc
ad me. Ingredere et includere in me-
dio domus tuae. Et tu fili hominis
ecce data sunt super te vincula et li-
gabunt te in eis. et non egredie-
ris de medio eorum. et linguam
tuam adhaerere faciam palato
tuo. et eris mutus nec quasi vir
obiurgans. quia domus exaspe-
rans est. lc Cum autem locu-
tus fuero tibi aperiam os tuum
et dices ad eos. Haec dicit dominus
deus. Qui audit audiat et qui
quiescit quiescat. quia domus
exasperans est. Et tu fili ho-
minis sume tibi laterem. et po-
nes eum coram te. Et describes
in eo civitatem Ierusalem. et ordina-
bis adversus eam obsidionem.
Et tu sume tibi sartaginem
ferream et pones eam in mu-
rum ferreum inter te et civitatem.
Et obfirmabis faciem tuam ad eam
et erit in obsidionem et circum-
dabis eam. Signum est domui
Israel. Et tu dormies super latus
tuum sinistrum. et pones iniqui-
tates domus Israel super eum numero
dierum quibus dormies super illud.
Et assumes iniquitatem eorum. Ego
autem dedi tibi annos iniquita-
tis eorum numero dierum trecentos
et nonaginta dies. et portabis
iniquitatem domus Israel. Et cum com-
pleveris haec dormies super latus
tuum dextrum secundo. et assumes
iniquitatem domus Iuda xl diebus.
Diem pro anno diem inquam pro anno
dedi tibi. Et ad obsidionem Ierusalem
convertes faciem tuam et brachium tu-
um erit extentum. et prophetabis ad-
versus eam. Ecce circumdedi te vin-
culis. et non te convertes a latere tuo
in latus alterum donec compleas
dies obsidionis tuae. Dominica
tertia adventus oratio in vigilia pr̄e
chimo tuo Ad magnificat antiphona Ex mie
lorum continet honos et labiis
pos in luce domine rex regum nos-
tros ponderes tua pro limo cordi
dis exaudi nos deus in gemitibus
nostris. Ceterum more consueto l.
Et tu sume tibi frumentum et
hordeum et fabam et lentem et mi-
lium et viciam et mittes ea in vas
unum. et facies tibi panes numero
dierum quibus dormies super latus
tuum trecentis et nonaginta di-
ebus comedes illud. Cibus autem
tuus quo vesceris erit in pondere
xx stateres in die. lc A tempore
usque ad tempus comedes illud. et a-
quam in mensura bibes sextam partem

hin . atque usque ad tempus bibes illud . et quasi subcinericium ordeaceum comedes illud . et stercore hominis operies in oculis eorum . lectio

Et dixit dominus . Sic comedent filii israel panem suum pollutum inter gentes ad quas eiciam eos . Et dixi . a . a . a . domine deus ecce anima mea non est polluta . et morticinum et laceratum non a bastiis non comedi ab infantia mea usque nunc . et non est ingressa in os meum omnis caro inmunda . lectio

Et dixit ad me . Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis et facies panem tuum in eo . Et dixit ad me . Filii hominis . ecce ego conteram baculum panis in ierusalem et comedent panem in pondere in sollicitudine . et aquam in mensura et in angustia bibent

Et tu filii hominis sume tibi acutum gladium radentem pilos et assumes eum . et duces per caput tuum et barbam tuam . et assumes tibi stateram ponderis et divides eos . Terciam partem igni conbures in medio civitatis iuxta conpletionem dierum obsidionis . lectio

Et assumes terciam partem concides gladio in circuitu eius . Terciam vero aliam disperges in ventum . et gladium nudabo post eos . et assumes inde parvum numerum modicum et ligabis eos in summitate pallii tui . et ex eis rursum tolles . et proicies in medium ignis . lectio

Hec dicit dominus deus . Ista est ierusalem . In medio gentium posui eam . et in circuitu eius terras . et contempsit iudicia mea ut plus esset impia quam gentes . et precepta mea ultra quam terre que in circuitu eius sunt . lectio

Iudicia enim mea proiecerunt . et in preceptis meis non ambulaverunt . Ideo hec dicit dominus deus . Quia superasti gentes que in circuitu vestro sunt . et in preceptis meis non ambulastis . et iudicia mea non fecistis . lectio

Et iuxta iudicia gentium que in circuitu vestro sunt non estis operati . Ideo hec dicit dominus deus . Ecce ego ad te et ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium et faciam in te que non feci . et quibus similia ultra non faciam propter omnes abhominationes tuas . Ideo patres comedent filios in medio tui . et filii comedent patres suos . et faciam in te iudicia . et ventilabo universas reliquias tuas in omnem ventum . lectio

Ideo vivo ego dicit dominus deus . nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis . et in cunctis ab

abominationibus tuis, ergo et ego confringam
et non parcet oculus meus et non
miserebor. Lectio. Tertia pars tui
peste morietur et fame consu-
metur in medio tui, et tertia pars gla-
dio cadet in circuitu tuo. Tertiam vero
partem tuam in omnem ventum dispergam
et gladium evaginabo post eos
et complebo furorem meum. Et reque-
scere faciam indignationem meam in eis
et consolabor, et scient quia ego do-
minus locutus sum in zelo meo, cum
implevero indignationem meam in eis.
Et dabo te in desertum et in obprobri-
um in gentibus que in circuitu tuo
sunt in conspectu omnis pretereuntis. Et
eris obprobrium et blasphemia, ex-
emplum et stupor in gentibus que
in circuitu tuo sunt. Tu. Dominica
quarta. R. Sustinuimus. Ad magnificat
An. Sustinuimus pacem et non ve-
nit, quesivimus bona et ecce turba-
tio, cognovimus domine peccata nostra, ne
in eternum irascaris nobis deus israel.
Lectio prima de prophetia danielis
Anno tertio ioachim regis
iuda venit nabuchodonosor
rex babilonis in ierusalem et obsedit
eam, et tradidit in manu dominus eius
ioachim regem iude et partem vasorum
domus dei, et asportavit ea in terram
sennaar in domum dei sui, et vasa
intulit in domum thesauri. Lectio.
Et ait rex asphanaz preposito
eunuchorum suorum, ut introduceret
de filiis israel et de semine regio
et tyrannorum pueros in quibus nulla
esset macula, decoros forma
et eruditos omni sapientia, cautos
scientia et doctrina, disciplina,
et qui possent stare in palatio regis,
ut doceret eos litteras et linguam cal-
deorum. Lectio. Et constituit eis rex an-
nonam per singulos dies de cibis
suis, et de vino unde bibebat
ipse, ut enutriti tribus ~~diebus~~
annis postea starent in conspectu re-
gis. Fuerunt ergo inter eos de filiis
iuda daniel, ananias, misael
et azarias. Et imposuit eis pre-
positus eunuchorum nomina: dani-
eli baltazar, et ananie sydrach,
misaeli misach, et azarie ab-
denago. Proposuit autem daniel in
corde suo ne pollueretur de mensa
regis neque de vino potus eius,
et rogavit eunuchorum prepositum
ne contaminaretur. Dedit autem
deus danieli gratiam et misericordiam in con-
spectu principis eunuchorum. Et ait
princeps eunuchorum ad danielem:
Timeo ego dominum meum regem
qui constituit vobis cibum et potum;
qui si viderit vultus vestros macil-
lentiores pre ceteris adolescentibus
coevis vestris, condempnabitis
caput meum regi. Lectio. Et dixit
daniel ad malassar quem consti-

tuerat princeps eunuchorum super danielem et ananiam misahel et azariam. Tempta nos obsecro servos tuos diebus decem, et dentur nobis legumina ad vescendum et aqua ad bibendum. lectio.

Et contemplare vultus nostros et vultus puerorum qui vescuntur cibo regio et sicut videris facies cum servis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi, temptavit eos diebus decem. Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores et corpulentiores prae omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. lectio.

Porro malassar tollebat cibaria et vinum potus eorum, dabatque eis legumina. Pueris autem his dedit deus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientiam, danieli autem intelligentiam omnium visionum et somniorum. Completis itaque diebus post quos dixerat rex ut introducerentur, introduxit eos praepositus eunuchorum in conspectu nabuchodonosor. lectio.

Cumque locutus fuisset eis rex, non sunt inventi de universis tales ut daniel, ananias, misahel et azarias. Et steterunt in conspectu regis et omne verbum sapientiae et intellectus quod sciscitatus est ab eis rex, invenit in eis decuplum super cunctos ariolos et magos qui erant in universo regno eius. lectio.

Fuit autem daniel usque ad annum primum cyri regis. In anno secundo regni nabuchodonosor vidit nabuchodonosor somnium et conterritus est spiritus eius et somnium eius fugit ab eo. Praecepit ergo rex ut convocarentur arioli et magi et malefici et caldei ut indicarent regi somnia sua. lectio.

Qui cum venissent steterunt coram rege. et dixit ad eos rex. Vidi somnium et mente confusus ignoro quid viderim. Responderuntque caldei regi syriace. Rex in sempiternum vive. Dic somnium servis tuis et interpretationem eius indicabimus. Et respondens rex ait caldeis. Sermo recessit a me. Nisi indicaveritis mihi somnium et coniecturam eius, peribitis vos et domus vestrae publicabuntur. Si autem somnium et coniecturam eius narraveritis, praemia et dona et honorem multum accipietis a me. Somnium ergo et interpretationem eius indicate mihi. etc.

Hic requiratur ordo evangeliorum cum antiphonis et collectis pertinentibus ad dominicas ab octavis penthecosten usque et

laciencii dm̄ eo. feria sc̄o (?)
In illo tempore dixit *Secundum lucam*
quidem erat dives et induebat
purpura et bysso et epulabat
cottidie splendide. Et reliqua. *Omelia*
Quem fratres karissimi quem *beati gregorii pape de-*
dives iste qui induebatur purpura
et bysso et epulabatur cottidie sple-
dide nisi iudaicum populum designat
qui cultum vite exterius habuit
qui acceptae legis deliciis ad ni-
torem usus est non ad utilitatem
Quem vero lazarus vulneribus
plenus nisi gentilem populum
figuraliter exprimit. Qui dum con-
versus ad deum peccata sua confiteri non
erubuit huic vulnus in cute fuit
In cutis quippe vulnus *lectio ij*
virus a interioribus trahit et
foras erumpit. Quid est ergo pecca-
torum confessio nisi quedam vulneris
ruptio. Quia peccati virus saluti-
briter aperitur in confessione quod
pestifere latebat in mente. *lectio iij*
Vulnera etenim cutis in superfi-
ciem trahunt humorem putredi-
nis. Sed lazarus vulneratus
cupiebat saturari de micis
que cadebant de mensa divitis
et nemo illi dabat. Quia superbus
ille quemque ad cognitionem legis
admittere superbus ille populus de-
spiciebat. Tu autem. *In iiio nocturno v.* Excelsis
laudes. A. Regnavit dominus *etc.*

ps. Capitulum Karissimi
deus caritas est. In hoc apparuit
caritas dei in nobis quoniam
filium suum unigenitum misit
deus in mundum ut vivamus per eum
deo gratias *ymnus* Ecce iam noctis
v. In matutinis domine *Ad benedictus an.*
Homo quidam erat dives et in-
duebatur purpura et bysso et epu-
labatur cottidie splendide et
erat quidam mendicus nomine
lazarus qui iacebat ad ianu-
am eius ulceribus plenus cupi-
ens saturari de micis que ca-
debant de mensa divitis et nemo
illi dabat sed et canes veniebant
et lingebant ulcera eius alleluia *Coll.*
Deus in te sperancium fortitu-
do adesto propicius invocacionibus
nostris: et quia sine te nichil potest
mortalis infirmitas presta au-
xilium gratie tue ut in exequendis
mandatis tuis et voluntate tibi
et actione placeamus per *Ad di-*
de sancta trinitate an. Benedicta sit
v. Benedicamus patrem *Coll.* Omnipotens
sempiterne *Ad primam an.* Gloria
tibi trinitas *Ad iii an.* Laus et
perhennis *cap.* Tres sunt qui testimonium
R. Inclina cor meum *Ad processio-*
an. O crux benedicta *que similiter in*
capite R. Sint lumbi *isto fini-*
to dicitur v. cum coll. de sancto ut s. ex-
eundo incipitur R. de sancta trinitate

finito versiculo v. et coll. ut s. In me-
diate in capitulum an. Pax eterna v.
Beati qui habitant in domo coll. Domi-
num In initio chorum in capitulum an.
Salvator mundi v. Gloria spiritus
Col. Tribue quesumus domine omnis ut alia
Ad vi an. Gloria laudis cap.
In presenti manet v. Inclytum
coll. Que occurrit Ad ix an. Laus
deo cap. Cum ex ipso v. Tibi
dicat deum Sciendum hec et pres-
sio facienda est omnibus
diebus dominicis usque et adven-
tum domini In v. an. Nunc
dedie. Dixit dominus cap. Dominus
autem dirigat ymnus Lucis creator
v. Dirigatur domine Ad magnificat an.
Rogo ergo te pater ut mittas
eum in domum patris mei habeo
enim quinque fratres ut testetur illis
ne et ipsi veniant in locum huius
tormentorum ait illi Abraham
habent moysen et prophetas au-
diant illos Coll. Deus in te
postea de sancto commemoracio si
occurrit et est tunc secundum do-
minica secunda lectio Secundum lucam
In illo tempore dixit iesus discipulis suis Si-
militudinem hanc Homo
quidam fecit cenam magnam et
vocavit multos et reliqua. Omelia beati gregorii
Quis est iste pape de eadem lectione
homo nisi ille de quo per prophetam
dicitur et homo est et quis cognoscet
eum Qui fecit cenam magnam
et sacietatem nobis eterne dulce-

dinis preparavit Qui vocat multos
sed pauci veniunt quia nonnumquam
ipsi qui ei per fidem subiecti
sunt eterno eius convivio ma-
le vivendo contradicunt. Lectio
Misit autem servum suum hora ce-
ne dicere invitatis ut venirent
Quid hora cene nisi finis est
mundi In quo nimirum nos su-
mus sicut iam dudum paulus
testatur dicens Nos sumus in quos
fines seculi devenerunt Si ergo hora
iam cene est cum vocamur tanto
minus debemus excusare a convivio
dei quanto propinquius esse ter-
minus finis seculi Lectio Quo nos enim
pensamus quia nichil est quod res-
tat eo debemus plus timescere ne
tempus gratie quod presto est pe-
reat. Videte autem hoc convi-
vium dei non prandium sed cena
nominatur quia prandium cena
restat post cenam non convivium
nullum restat. Tunc capitulum
Karissimi nolite mirari si odit nos
mundus nos scimus quoniam trans-
lati sumus de morte ad vitam
quoniam diligimus fratres qui non
diligit manet in morte
deo gratias Ad benedictus an. Homo quidam
fecit cenam magnam et voca-
vit multos et misit servum suum
hora cene dicere invitatis ut ve-
nirent quia omnia parata sunt alleluia Col.
Sancti nominis tui domine timorem pariter
et amorem fac nos habere perpetu-
um

quia nunquam tua gubernacione desti-
tuis quos in soliditate tue di
lectionis instituis. Per. Ad magnificat
Exi cito in plateas et vicos ci
vitatis et pauperes ac debiles
cecos et claudos compelle intra-
re ut impleatur domus mea alleluia. Ev
In illo tempore. Omelia iii Dominica Luce
Accesserunt ad ihesum publicani
et peccatores ut audirent illum.
Et murmurabant pharisei et scribe
dicentes quia hic peccatores reci
pit et manducat cum illis. Et reliqua. O
Audistis ex lectione evangelica fratres
mei quia peccatores et
publicani accesserunt ad redemp
torem nostrum et non solum ad collo
quendum sed etiam ad convescendum re
cepti sunt. Quod videntes pharisei de
dignati sunt. Ex qua re colligite
quia vera iusticia compassionem
habet. Falsa vero iusticia dedig
nationem. Quamvis et iusti recte soleant peccatoribus indignari.
Sed aliud est quod agitur typo super
bie. Aliud quod zelo discipline.
Indignantur etenim sed non dedig
nantes. Desperant sed non despe
rantes. Persecutiones commovent
sed amantes. Quia etsi foris in
crepationes per disciplinam exa
gerant intus tamen dulcedinem
per caritatem servant. Lectio tercia
Preponunt sibi in animo ipsos ple
rumque quos corrigunt. Meliores
se existimant eosque quos in

dicant. Quod videlicet agentes
et per disciplinam subditos et per man
suetudinem custodiunt semetipsos. Econ
tra autem hii qui de falsa iusticia super
bire solent ceteros quosque de
spiciunt nulla infirmantibus
misericordia condescendunt. Et
Humiliamini sub potenti Capitulum
manu dei ut vos ex
altet in tempore visitationis omnem
sollicitudinem vestram proicientes
in eum quoniam ipsi cura est de nobis. R
Ad benedictus antiphona Quis ex vobis
homo qui habet centum oves et si per
diderit unam ex illis nonne di
mittit nonaginta novem in de
serto et vadit ad illam que per
ierat donec inveniat alleluia. Collecta
Deprecationem nostram quesumus domine benignus
exaudi et quibus supplicandi
prestas affectum tribue defensi
onis auxilium. Per. Ad magnificat antiphona
Que mulier habens dragmas
decem et si perdiderit dragmam
unam nonne accendit lucernam et
evertit domum et querit diligen
ter donec inveniat. Dominica iiii secundum Lucam
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis Estote
ergo misericordes sicut et
pater vester misericors est. Et reliqua.
Omelia venerabilis Bede presbiteri
Intendite fratres de eadem lectione
karissimi quam magna et iudicium
misericordie tempus modo est iudicii
tempus erit. Unde est nunc tempus vocat
modo aversos donat peccata quasi se

paces est sup peccatores. Donec con
uertantur crimina que commissi fuerint
penitus obliuiscitur. Semina gemit
Hortatur pigros consolatur afflictos
docet studiosos Adiuuat dimi
cantes Clementem deserit laboran
tem. exclamante ad se non desistit
tit. donec inde sibi sufficiat.
Ipse tribuit inde sibi placet.
Magnum nunc tempus non nos turbeat
fides bonum uertitur est iudicium
Erit et tunc primas. in fructuosa
dicentes intra se penitenciam a
gentes et pre angustia spiritus geme
tes. Certe ista scripta sunt in libro
sapiencie. Que nobis presunt su
perbia et diuicias. Que contulit
nobis iactancia. Transierunt omnia
Arces existimo tamquam umbra Ep[istol]a
Quod non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam que
reuelabitur in nobis. Nam exspe
tatio creature reuelacionem filiorum
dei expectat. Nos Ad Benedictus
Estote ergo misericordes sicut et
pater noster misericors est. All[eluia] Coll[ecta]
Protector in te sperancium deus
sine quo nichil est ualidum nichil
sanctum. multiplica super nos miseri
cordiam. ut te rectore te duce sic tran
seamus per bona temporalia. ut non
amittamus etiam que Ad magnificat A[ntiphona]
Nolite iudicare ut non iudicemini
in quo enim iudicio iudicaueritis
iudicabimini dicit dominus Dominica
quinta lectio secundum Lucam
In illo tempore Cum turbe irruerent
in ihesum ut audirent uerbum dei
et ipse stabat secus stagnum gene
sareth Et reliqua. O[mel]ia Be[da]e presbiteri
Quia stagnum sine mare d[omi]n[ic]al[e]
presens seculum designat dominus secus
mare stat. postquam uite labentis
mortalitatem deuicens. in ea que
passus est carne stabilitatem
perpetue quietis adiit. Turbarum
que ad eum gentium in fide cur
rencium typus est de quibus ysa
ias. Et fluent in eum ad eum
omnes gentes et ibunt populi mul
ti. et dicent uenite ascendamus
Et uidit .i. ad montem domini l[ectio] ij
duas naues stantes secus
stagnum. Due naues secus stag
num posite circumcisionem et preputium
figurant. Quas bene ihesus ui
disse perhibetur. quia in utroque populo
nouit dominus qui sunt illi eorum tem
pestatibus seculi huius ad futuram
uite tranquillitatem. quasi ad soliditatem
tatem littoris tendendo spirat est
misericordie prouehit. l[ectio] iij
Piscatores. sunt etiam doctores
qui nos retibus fidei comprehen
sos. et de profundo ad lumen
eleuatos. quasi pisces litori
sic terre uiuencium aduehunt
Quasi enim quedam recia piscan
cium dictiones que eos capiunt
in fide non amittunt. Unde et

[...]am qui in benedictionem pit vocati Cap

Kmi omnes unanimes in oratione
estote compacientes: fraternitatis
amatores. misericordes. modesti
humiles. nō reddentes malum pro ma
lo, nec maledictum pro maledicto
sz e contrario benedicentes. Ad. Adbn
dictus. Ascendens ihus in navim
et sedens docebat turbas all. Col

Da nob' qs dne ut mundi cur
sus pacifice nob' tuo ordine di
rigatur. et ecclia tua tranquilla
devocone letetur. p. Adbnd'

Preceptor p totam noctē labo
rantes nichil cepimus. in vbo
aūt tuo laxabo rethe. Domi
nica sexta secundum Mathem

In illo tpre dixit ih. d. s.
Amē ante dico vobis ni
si habundaverit iusticia vra
plus q̄ phariseorum et scribarum
nō intrabitis in regnum celorum
et c. Omelia bti Augustini Episcopi Dca

Iusticia phariseorum est nō ut
occidant. Iusticia eorum qui in
traturi st in regnum dei ut et
nō irascantur. Minimum est
ergo nō occidere. et qui illud sol
verit minimus vocabitur in regno
celorum. Qui aūt illud imple
verit ut nō occidet nō continuo
magnus erit et ydoneus regno
celorum. Sz iā ascendet aliquātulum

Perficietur aūt [...] lcō ij
si nec irascatur. Qui si pfecerit mul-
to remocior est ab homici
dio. Quia aūt qui docet ut nō
irascamur. nō solvit legē ne
occidamus. et in corde dm̄ nō iras
cimur. in nocentia custodiamus.

Sequitur. Audistis quia dictum
est antiquis nō occides. Qui
aūt occiderit reus erit iudicio.
Ego aūt dico vob' omnis qui
irascitur fratri suo. reus est
iudicio. Qui aūt fri suo ra
cha. reus est concilio. Qui aūt
dixerit fatue. reus erit gehenne.

Fratres quicumque baptizati Cap
sumus in xpo ihu in morte ipsius
baptizati sumus. etc. Ad bnd

Audistis quia dictum est antiquis
nō occides qui aūt occiderit
reus erit iudicio. Collecta

Deus qui diligentibus te bona
invisibilia pparasti infunde cordi
bus nris tui amoris affectum ut
te in omnibus et sup omnia diligen
tes pmissiones tuas que omne
desiderium superant consequamur p.
Ad magt. Si offers munus
tuum ante altare et recordatus
fueris quia frater tuus hz aliquid ad
versum te. relinque ibi munus
tuum ante altare. et vade prius
reconciliari fratri tuo. et tunc
veniens offeres munus tuum all.
Dominica septima s. Marcum

In illo tpre cum multa turba
esset cum ihu nec haberent

quam manducarent. Convocatis dis
cipulis ait illis. Misereor su
per turbam quia ecce iam triduo susti
nent me nec habent quod manducent
Et reliqua. Omelia beati Ambrosii episcopi de eadem lectione
Post quam illa que emorroisse typum
accepit ecclesie fluxu curata est
sanguinis. postquam apostoli ad
evangelizandum regnum dei sunt
destinati gratie celestis impertitur
alimentum. Sed quibus impertiatur ad
verte. Non ociosis non in civitate
id est in synagoga vel in seculari
dignitate residentibus. sed inter
deserta querentibus christum. Lectio ii
Qui enim non fastidiunt ipsi ex
cipiuntur a christo. et cum ipsis loquitur
dei verbum non de secularibus sed de
regno dei. et si qui corporalis
gerunt ulcera passionis. his
suam libenter indulget medici
nam. Consequens ergo erat ut quos
a vulnerum dolore sanaverat
eos alimoniis spiritualibus a ie
iunio liberaret. Tamen autem. Lectio iii
Itaque nemo cibum accipit christi
nisi fuerit ante sanatus. Et il
li qui vocantur ad cenam prius
vocando sanantur. Si claudus
fuit ingrediendi facultatem ut ve
niret accepit. Si lumine oculorum pri
vatus erat domum domini utique
nisi refuso lumine intrare non po
tuit. Tamen. Capitulum. Fratres humanum

dico propter infirmitatem carnis vestre.
sicut exhibuistis membra vestra
servire immunditie et iniquitati
ad iniquitatem ita nunc exhi
bete membra vestra servire iustitie
in sanctificationem. Ad Benedictus antiphona. Mise
reor super turbam quia iam triduo
sustinent me nec habent quod ma
ducent et si dimisero eos ie
iunos deficient in via alleluia. Collecta
Deus virtutum cuius est totum
quod est optimum insere pectori
bus nostris amorem tui nominis.
et presta in nobis religionis aug
mentum: ut que sunt bona nu
trias ac pietatis studio que
sunt nutrita custodias per. Ad Magnificat antiphona
Erant autem qui manducaverant
fere quasi quatuor milia
et dimisit eos. Dominica viii Secundum Mattheum
In illo tempore dixit Iesus discipulis suis
Attendite a falsis prophetis
qui veniunt ad vos in vestimen
tis ovium intrinsecus autem sunt
lupi rapaces. Et reliqua. Omelia beati Am
Premonet dominus brosii episcopi de eadem
cuius divinitate nullum latet se
cretum. quia etiam aliqui erant
in suis etiam aliquando christiani
qui sub pretextu sanctitatis ani
mos simplicium pravitate cona
rentur. Ideo in hac lectione evan
gelica premunit discipulos
suos dicens. Attendite a falsis
prophetis

Sicut fuerunt in veteri testamento boni et mali prophete boni qui completione divinorum mandatorum eos hortarentur mali qui ad cultum ydolatrie traherent ita et exstiterunt in novo testamento pseudo christiani qui simplices quosque a bono et racione pervertunt ut sue perversitati complices efficerent Lectio tercia

Possunt autem hic dicta salvatoris de omnibus intelligi qui aliud agunt opere et aliud docent ore Significantius vero hereticos (?) sunt accipienda quod vocabulo falsos prophetarum insinuant qui veniunt in vestimentis ovium quedam vero promittentes sub dolo falsitatis laqueos inserunt quibus simplicium animos capiunt

Fratres debitores sumus non carni Capitulum ut secundum carnem vivamus si enim secundum carnem vixeritis moriemini si autem spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis Ad Benedictus antiphona Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces a fructibus eorum cognoscetis eos alleluia Collecta

Deus cuius providentia in sui dispositione non fallitur te suppliciter exoramus ut noxia cuncta submoveas et omnia nobis profutura concedas per Ad magnificat antiphona Non potest arbor bona fructus malos facere neque arbor mala fructus bonos facere Dominica ix post Trinitatis

Illo tempore dixit Jesus discipulis suis Homo quidam erat dives et habebat villicum et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona illius Et reliqua Omelia venerabilis Bede de eadem lectione

Dives qui habet villicum deus omnipotens est quo nichil est divicius cuius dispensator paulus qui ad pedes gamalielis sacras litteras didicit legem dei postea sit dispensandam cum in tempore in christo credentes persequi ligare occidere et omnem domum eius dissipare satagens correptus a domino est saule saule quid me persequeris durum est tibi contra stimulum calcitrare Lectio

Dixit ergo in corde suo qui magister et villicus tempore esse discipulos et operari quod fodere non valeo omnia enim mandata que [illegible] turbant ceremonio distructa et legem et prophetas usque ad iohannem baptistam esse finitos Lectio

Mendicare erubesco Et qui doctor fuerat in deorum tempore agentibus et a discipulo quidam anania salutis et fidei mendicare doctrinam [illegible] igitur quod mihi utile est et esse intelligam ut postquam eiectus fuero de villicatione mea recipiant me christiani in domos suas Capitulum

Temptacio nos non apprehendat nisi humana fidelis autem deus est qui non pa-

aet nos temptari super id quod po-
testis sed faciet cum temptatione etiam
proventum ut possitis sustinere. Ad
Ad benedictus Dixit dominus villico
quid hoc audio de te redde rationem
villicationis tue. alleluia. Collecta
Largire nobis domine quesumus semper spiritum
cogitandi que recta sunt propitius
et agendi ut qui sine te esse non
possumus secundum te vivere valeamus
per. Ad magnificat Quid faciam quia do-
minus meus aufert a me villi-
cationem. fodere non valeo mendi-
care erubesco. scio quid faciam
ut cum amotus fuero a villicatio-
ne recipiant me in domos suas
Dominica decima Secundum lucam
In illo tempore cum appropinquasset
ihesus ierusalem videns civitatem
flevit super illam dicens quia
si cognovisses et tu etc. Omelia bede presbiteri(?)
Quod flente domino illa populi
romani subversio describatur que
a vespasiano et tyto romanis
principibus facta est nullus qui
historiam eiusdem legit ignora-
rat. Romani enim principes de-
[illegible] cum dicitur quia venient
dies in te et circumdabunt te inimi-
ci tui vallo. Lectio. Et coangusti-
abunt te undique et ad terram proster-
nent te et filios tuos qui in te
sunt. Hoc autem quod additur et non
relinquent in te lapidem super lapidem etiam
[illegible] eiusdem civitatis
[illegible] testatur. [illegible]

in eo loco constructa est ubi ex-
portatum fuerat dominus crucifixus
foris illam urbem ut dicitur. Ecce enim
Cum [illegible] culpa eversionis
sue pena illata fuit subiungit[ur]
eo quod non cognovisses tempus visi-
tationis tue. Creator quippe om-
nium per incarnationis sue mis-
terium hanc visitare dignatus
est. sed ipsa timoris et amo-
ris illius recordata non est.
Fratres scitis cum gentes Capitulum
essetis ad simulacra muta
prout ducebamini euntes. Ideo
notum vobis facio quod
nemo in spiritu dei loquens
dicit anathema ihesu. [illegible]
spiritu sancto. Ad benedictus Antiphona Cum appropin-
quasset dominus ierusalem videns civi-
tatem flevit super illam et dixit
quia si cognovisses et tu quia ve-
nient in te dies et circumdabunt
te et coangustabunt te undi-
que et ad terram prosternent te eo quod
non cognovisti tempus visitationis
Pateant aures [illegible] tue alleluia. Collecta
[illegible] tue domine precibus sup-
plicantium et ut petentibus de-
siderata concedas fac eos que
tibi sunt placita postulare per. Ad
magnificat Scriptum est quia domus
mea domus orationis cunctis
gentibus vos autem fecistis illam
speluncam latronum et erat cotidie
Dominica xi docens in templo. Secundum lucam
In illo tempore dicebat ihesus ad

eos qui in se confidebant tamquam
iusti et aspernabantur ceteros
parabolam istam dicens
Ewangelium. Duo homines ascende-
runt in templum ut orarent unus
phariseus et alter publicanus. Et reliqua.
Omelia Johannis Crisostomi
Quia parabolam dominus qua semper orare et
non deficere docebat ita conclusit
ut diceret veniente iudice diffi-
cile fidem in terra reperiendam ne quis
forte sibi de sua vacua fidei con-
fessione vel etiam confessione blan-
diretur. Mox istam quam nunc au-
distis parabolam subiungens dilig-
entius ostendit adeo fidem non
verba examinanda sed opera in inte-
rioribus maxima regnat humili-
tas. Unde cum super fidem in terris Leo papa
igno synagogis murmuranti quidam
sed ex attentione flagitanti comparet
qui exponendo subiunxit cum feceri-
tis omnia que vobis precepta sunt
dicite servi inutiles sumus. Quo gaudet
superbi cum nequaquam omnia sed modicum
quid eorum que precepta sunt faciunt
non solum de propria iusticia presumunt
sed et firmos quosque despiciunt. Leo
At ideo quasi fide vacua cum ora-
verint non exaudiuntur. Contra
tales itaque ewangelium dominum lo-
nasse narrat cum dicit. Dixit autem
ad quosdam qui [hole] aspernabantur
ceteros parabolam istam. Quatuor
autem species sunt quibus omnis tumor ar-
rogancium demonstratur cum scilicet bo-
num quod habent a semetipsis se existi-
mant habere, aut cum id quod sibi da-
tum desuper credunt pro suis se hoc
accepisse meritis arbitrantur,
vel cum iactant se habere quod non
habent, aut etiam cum despectis ce-
teris singulariter videri appe-
tunt habere quod habent. Qua pharise-
us iste iactancie peste labo-
rasse deprehenditur. Capitulum
Fratres notum facio vobis ewangelium
quod predicavi vobis quod et accepis-
tis in quo et statis per quod et salva-
mini. Et reliqua. Ad Benedictus. Duo homines
ascenderunt in templum ut orarent
unus phariseus et alter publicanus.
Phariseus stans hic apud se ora-
bat: Deus gracias tibi ago quia non sum
sicut ceteri homines raptores iniusti
adulteri vel sicut etiam hic pu-
blicanus. Publicanus autem stans
percuciebat pectus suum dicens Deus
propicius esto michi peccatori. Collecta
Deus qui omnipotenciam tuam par-
cendo maxime et miserando mani-
festas multiplica super nos graciam tuam
ut ad tua promissa currentes ce-
lestium bonorum facias esse consor-
tes. Per. Ad Magnificat. Stans a longe
publicanus nolebat oculos ad ce-
lum levare sed percuciebat pectus suum
dicens Deus propicius esto michi peccatori.
In illo. Dominica XII. Secundum Marcum.
tempore Exiens Ihesus de finibus
Tyri venit per Sydonem ad mare Ga-
lilee inter medios fines Decapo-
leos

Et adducunt ei surdum et mu
tum et deprecabantur eum ut imponeret
illi manum. Et reliqua. O[melia] Vene[rabilis] Be[de]
Surdus et mutus de presbiteri decan
tus iste genus significat
humanum. In his qui errore dia
bolice deceptionis divina gra
merentur liberari. Obsurduit nam
que homo ab audiendo vite verbo
postquam mortifera serpentis verba
contra deum tumidus audivit.
Mutus a laude dei effectus est. Lectio
ex quo cum seductore colloqui
hic presumpsit. Et muto clausit
amicus ad laudandum inter an
gelos laudem creatoris, quas
ad audiendam eiusdem creatoris
vituperationem sermonibus hostis
incautus aperuit. Lectio iii
Merito clausit os ad predican
dum cum angelis laudem crea
toris, quod velud ad meliorandum
quod prius totum eiusdem creatoris
sibi vetiti prevaricatione super im
plevit. Et hec minus generis
humani defectus qui in radice in
toxicatus germinavit nichilominus multo
dilatatum crevit in propagine nato
rum. Ita ut veniente domino in car
ne exceptis paucis fidelibus
de iudea totus pene mundus
ab agnitione et confessione veri
tatis surdus erraret et mutus.
Sed ubi habundavit peccatum super

habundavit et gratia. Venit namque
dominus ad mare galilee, ubi no
verat egrotum quem sanaret
vel sic gratia pieta
tis ad tumida turbida et in
stabilia corda gencium tabens
noverat esse quem ad piam gratiam
Fiduciam talem habemus. Pertinent. Cap[itulum]
tale habemus per Christum ad deum, non
quod sufficientes simus cogitare
aliquid a nobis quasi ex nobis, sed suffi
ciencia nostra ex deo est. Ad hebreos
Cum transisset dominus per medios fi
nes tyri surdos fecit audire.
Omnipotens sempiterne et multos loqui. Col[lecta]
terne deus qui habundancia pie
tatis et merita supplicum excedis
et vota: effunde super nos miseri
cordiam ut dimittas que consciencia metu
it et adicias quod oratio non presu
mit. Per. Ad magnificat. Bene omnia fe
cit surdos fecit audire et mutos
loqui. Dominica xiii Sec[undum] Lucam
In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Beati
oculi qui vident que vos videtis
Dico enim vobis quod multi reges
et prophete voluerunt videre que vos
videtis et non viderunt, et au
dire que auditis et non audie
runt. Et reliqua. O[melia] beati Ieronimi
Suspiciens autem Ihesus dixit
homo quidam descendebat ab Ie
rusalem in Iericho. Homo iste Adam
intelligitur et in genere humano sicut

civitas patris illa celestis a qua
beatitudine lapsus in hanc mor-
talitatem miseriamque intravit de
Que bn̄ relato que incidit lco
prima intpretatur sign̄t, mansionibus in
deliciis defectum laboribus erro-
ribusque seruiunt in vita. Et incidit
in latrones, latrones dyabolum
et angelos eius intelligere in
quos, quia descendebat incidit, nam
nisi prius vicius intumescerent fore
temptatus tam facile non caderet
Qui etiam despoliaverunt eum lco
gloria videlicet immortalitatis et
innocentie veste spoliaverunt. Hec
est enim prima stola qua prothe-
plasti amissa cognouerunt se
esse nudos tunicasque pellicias
mortalitatis et mortalitatis induerunt
runt. Et plagis impositis abie-
runt semivivo relicto Cap
Abrahe dicte sunt promis-
siones et semini eius non dic-
seminibus quasi in multis sed quasi
in uno sed semini tuo qui est xpc
Ad Gal. iii Dico enim vobis quod mul-
ti reges et prophete voluerunt vi-
dere que videtis et non viderunt
et audire que auditis et non
audierunt Col.
Omnipotens et misericors deus de cuius munere venit ut
tibi a fidelibus tuis digne
et laudabiliter seruiatur, tribue
quesumus nobis ut ad promissiones
tuas sine offensione curramus
per Ad mgtra Homo quidam des-
cendebat ab iherusalem in iericho et in-
cidit in latrones, qui etiam despo-
liaverunt eum et plagis impositis
abierunt semivivo relicto,
quis tibi videtur proximus fuisse illi
qui incidit in latrones, et ait ille
qui fecit misericordiam in illum, vade et tu
fac similiter. Dom. xiiii. S. luca
In illo tempore cum iret ihesus in
iherusalem transiebat per mediam sa-
mariam et galileam Et r^o. o bn̄
Non audebat prope accedere Amb^o.
leprosi quibus quamvis fides per-
suadebat affectum, lepra tamen non
persuadebat accessum. Excludeba-
tur enim extra, qui huiusmodi susti-
nebant passionem, Neque solo insu-
per uel sermone ab illo se recipe-
re posse sanitatem ducebant,
eius a longe stantes auxilium
humiliter flagitabant Lco. ii
Spiritualiter autem castellum quod dominus
ingressus est mundum significat
Cui ei mundum intrauit qui ex
maria virgine carnem assumens
mundo visibilis apparuit. Dece-
cem viri leprosi qui ei occurrerunt
populum significat iudeorum. Qui bene de-
cem fuisse referuntur, quia idem populus
decalogum legis ad formam erudi-
Decem autem sed lex morum accepit Lco
si fuerunt, quia idem populus decalogi

p̄cepta tu̅ s̄gredieris. apparente
d̄no ī carne diu̅sis erat iniq̄tati
bꝫ pollutus varijsq; doctrinis
diuisus ap̄lo teste qui ait. Ⱶlō
est distinctio iudei et g̃ci. Om̄s
en̄ peccauerunt et egent g̃ra dei
Fr̄es sp̄u̅ ambulate. et desi cap
deria carnis nō p̄ficietis. caro
eni̅ concupiscit aduersus sp̄m. sp̄c
aūt aduersus carnē. q; si sp̄u̅ vi
uim9 sp̄u̅ et ambulem9 ꝛc. Ad
bn̄dc̄ Du̅ intraret ihc̄ ī
q̄dā castellū occurrerunt ei dece̅
viri leprosi qui steterunt a lōge
et leuauerunt vocē dicentes ihu̅
p̄ceptor miserere nostri Coll
Omnip̄c sempiterne d̄s da nob̄ fidei
spei et caritatis augmentū. et ut me
reamur assequi q̄d p̄mittis. fac nos
amare q̄d p̄cipis p̄ Ad mag̃t an
Nōne dece̅ mundati s̄t et noue̅
ubi s̄t. nō est inuentus qui rediret
et daret gl̄am deo nisi hic alienig
gena. vade. q; fides tua te sal
uu̅ fecit all'a Dominica xv p̄ luca
In illo tp̄e dixit ih̄c d. s. Nemo
pt̄ duobꝫ dn̄is s̄uire. Aut eni̅ v
nu̅ odio h̄ebit et alteru̅ diliget
aut vnu̅ sustinebit et alteru̅ co̅
tempnet. et r̄. O'bti aug' ep̄i de ead
Cu̅ aduni9 dei cultusq; dn̄s ih̄c
xp̄s mentes h̄oīm p̄moueret. sp̄ales
h̄uan̄ naturā deo simul et dyabolo
subditā esse nō posse. ait inter
cetera. Nemo pt̄ duobꝫ dn̄is s̄uire
vno d̄m de ꝛ dyabolus ī tell
git̃. Dn̄s aūt aduatu nomē.
Quod nomē sp̄cā ꝛ accepit lc̄o
aliter. cōuenit ei. qui nō solum
gubernator. sꝫ etiā conditor est
tocius creature. Dyabolus nō
ꝓp̄e. sꝫ abusiue dn̄s dictus est.
eo q̄d dominij tirannidis re
mentibus qui ei p malā q̄a sb
dunt. exercet. hijs ergo duobꝫ do
minis. vnus idemq; h̄o. vno
eodemq; tp̄e s̄uire nō pt̄. q; val
de int̄ se cōtraria s̄t ꝛ diu̅sa.
que dn̄s p̄cipit et dyabolus
Dn̄s suggerit / suggerit lc̄o iij
h̄umilitatē. dyabolus sup̄biā
dn̄s pacē. dyabolus discordiā
et ideo nō est h̄umana mens
tam ampla et capax. ut vtra
q; s̄uitutē ī se simul retinere
possit. Dedignat̃ eni̅ xp̄us
eos s̄uicia qui mentis collu̅
iugo dyaboli supponunt. ut
ait ap̄lus. Que conuencio x̄
ad belial. Aut que societas
lucis ad tenebras Caplm
Si p̄ccū ꝓuiatis fuit h̄o ī ali
quo delicto: nos qui sp̄ales
estis h̄uiusmodi ī sp̄u̅ lenitatis
lenitatis cō̄sideraris teip̄m
ne ꝛ tu tempteris ꝛc. Ad bn̄d
Considerate lilia agri quō c̄
cunt. nō laborant. neq; nent
Dico aūt vob̄ q̄m nec salomō
ī om̄i gl̄a sua coopertus est

sicut dum existis Collecta
Custodi qs dne ecctiam tuam ppicia-
cone ppetua et qa sine te labi-
tur humana mortalitas tuis semp
auxiliis et abstrahat a noxiis
et ad salutaria dirigatur p
Ad gal'a Nolite solliciti ee
dicentes quid manducabimus
aut quid bibemus scit enim pa-
ter vr celestis quid nob' necesse
sit Alla Dnica xvi Sm Lucam
In illo tpe Ibat ihc i civi
tatem naym et ibant cu illo
discipuli eius et turba copio
sa et cet. O' bti Bede epi de eade
Naym civitas est galilee duo
bz miliaribz distans a monte tha
bor Interptatur aut fluctus si
ne commotio et significat spua
liter mundu qui amissa tranquil
litate i fluctuacoibz sine co
motoibz est sicut ppsalmista
dicit Commouisti dne t'ram turbasti
Duis aut qui naym eam lco
appropinquauit qn exeunte iam
assumpta invisibilis mundo appa
ruit suscitatum ne aut mor
tuum no solu discipulos sz etia
turba copiosam secu voluit
comitari ut excitacione mira
culi no pauci sz plures ad cre
dulitate et fidem ei' voca-
Cum aut appropinquaret lco
ad portam civitatis ecce de
functus efferebat filius uni

cus matris sue Defunctus iste
qui extra civitate ad sepelien
du delatus erat hoiem signifi
cat mortifero crimine soporati
onis et aiam ppriam qz aia q
peccauit ipsa morietur Tribz ei
mois pctm agitur Suggestioe
delectacoe et consensu Suggest
io fit p hoste delecco p carne
consensus p spm Tn aut Eph'
Frs obsecro vos ne deficia
tis i tribulacoibz meis pro vo
bis que est glia vra huius rei
gra flecto genua mea ad
patrem dni nostri ihu xpi ex quo
ois pt'nitas i celo et i tra no
minat' Ad gal'a Alla Accessit ihc
ad loculum et ait adolescenti
tibi dico surge et resedit qui
erat mortuus et cepit loqi Alla
Ecclesiam tuam dne miseracio cti Oro
nuata mundet et muniat et qa
sine te no pt salua consiste tuo
semp munere gubernetur p Ad
mag' Accepit aut oes timor
et magnificabant dnm dicentes
qz ppheta magnus surrexit i no
bis et qz ds visitauit plebem
sua Dominica xvii Sm Lucam
In illo tpe cu i traret ihs
i domu cuiusda principis phari
zeoru sabbo manducare pane
et ipi obseruabant eu et ecce ho
quida ydropicus erat ante eu et ce'
Promda O' venle Bede psbri

dispensacione dominus ante legisperitos et phariseos ydropicum curat et mox contra avariciam disputat videlicet ut per istius egritudinem corporis in illis exprimeretur egritudo cordis. Ydropicus quippe quo amplius biberit eo amplius sitit et omnis avarus sitim multiplicat qui cum ea que appetit adeptus fuerit ad appetenda amplius anhelat. Lectio ii

Comparatur autem ydropicus animali quod cadit in puteum. Dominus copulavit. Hinc unde enim laborabit et bos bene possunt et asini quia sive sapientes quosque et hebetes sive utrosque pariter eos significare sentiemus. Lectio iii

Asinum videlicet cuius certamine iugiter legis attrivit atque eum quem libere seductor rapuit quasi brutum animal et sine ulla racione peremptus quo noluit errore subtraxit. Cum invitatus fueris ad nupcias non discumbas in primo loco. Apta est hec salvatoris ad litteram ammonicio docens humilitatem non solum apud deum sed eciam apud homines esse laudabilem. Capitulum

Fratres obsecro vos ego vinctus in domino ut digne ambuletis vocacione qua vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine cum paciencia supportantes invicem in caritate. Ad Benedictus antiphona Cum intraret Ihesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem et ecce homo quidam ydropicus erat ante eum. Ipse vero apprehensum sanavit eum ac dimisit. Collecta

Tua nos domine semper gracia preveniat et sequatur ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos per. Ad magnificat Cum vocatus fueris ad nupcias recumbe in novissimo loco ut dicat tibi qui te invitavit amice ascende superius et erit tibi gloria coram simul discumbentibus alleluia. Feria quarta quatuor temporum

In illo tempore Respondens lectio secundum Marcum unus de turba dixit ad Ihesum: Magister attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum. Et cetera

Factum est autem in sequenti Omelia venerabilis Bede presbiteri die descendentibus illis de monte occurrit illis turba multa et ecce vir de turba exclamavit dicens Magister obsecro te respice in filium meum quia unicus est michi. Hora vero qua transit in monte dominus orat transformatur discipulis archana sue maiestatis aperit. Lectio

In infima descendens turbe occursu excipitur miserorum fletu pulsatur. Superius discipulis misteria regni reserat. Deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat. Superi

tempus noctis lepus qui sequi se potuerant
pandit deorsum. Spiritus malos ab his
qui vexabant expellit. Lectio tercia
Qui etiam nunc pro qualitate meritorum
aliis ascendere aliis descendere non
desinit. Scalam eternos adhuc et in-
cipientes. Qui una petens confortat
dum instigat profectos autem quos
conspicit in celis est sublimiores ex-
tollendo conficiat. Libenter in scrinit
decretis. Et sepe ea que alienis
ne audiri desideravit valent docet. Feria
In illo tempore rogabat vi. Secundum lucam
Jhesum quidam phariseus ut manducaret cum illo. Et ingressus domum
pharisei discubuit. Et ecce mulier
que erat in civitate peccatrix. Et reliqua.
Omelia beati Ambrosii episcopi de eadem lectione
Venit salvator in domum symonis
leprosi apparet ex nomine quod non
mundum respuit leprosum non vitat
in mundum ut maculas lepre maiores
possit abolere. Domus autem leprosi
erat in Bethania. Bethania domus
obedientie interpretatur. Lectio ii
Omnis igitur locus Bethania pro-
ro autem tocius loci domus est sy-
monis. Nonne tibi videtur Betha-
nia mundus hic esse in quo sum-
cum domus et obsequium dominat
symonis leprosi terra esse que mundi
porcio est. Pulcre autem sibi hic
quidem presus est symon. Lectio
Ergo dominus Ihesus Christus ex illis

superioribus locis celi venit in hunc
mundum et descendit in terram. Quo erat
in hunc mundum. Obediente pietate
missus est in hunc mundum. Si-
cut ipse dicit. Ego misit me pater
in hunc mundum. Cum ergo audi-
vit ista mulier venisse Christum
intravit in domum symonis. Sicut
ei sanari potuisset hec mulier
nisi Christus in terras venisset. Sab-
bato iiii temporum secundum lucam
In illo tempore dicebat Ihesus tur-
bis similitudinem hanc. Arborem
fici habebat quidam plantatam in vi-
nea sua. Et venit querens fructum
in illa et non invenit. Et reliqua. Omelia beati
Dominus et redemptor noster Gregorii pape
per evangelium suum aliquando ver-
bis loquitur aliquando rebus aliquando autem
hec verbis simul et rebus. Duas et enim
res ex[illegible] fratres audistis ficul-
neam infructuosam et mulierem cur-
vam. Et utrique rei est pietas impen-
sa. Illud autem dixit per similitudinem
istud egit per exhibitionem. Lectio ii
Sed hec significat ficulnea quod mulier
inclinata. Hec ficulnea reservata
quod mulier erecta. Dominus vinee tri-
ennio ad ficulneam fructum minime
invenit. Decem et octo annis mulier
fuerat incurvata. Hec autem decem et octo
annorum numero significatur quod trino dominus
vinee ad infructuosam ficulneam
venisse prohibetur. Lectio tercia

Arbor fici in sinagoga iudeorum significat eos in litera et climata uel eadem iudeorum perfidiam demonstrat. Que bene plantata est sicut fimus et bene culta per legem. Sed in culpa populi presentis leprosa neque fructibus fert opera bonis neque statum seruat rectitudinis pro patrum quippe exemplo litere tenentes que fructum obedientie facere noluerunt statum rectitudinis amisit. Dominica

In illo tempore. xviii. secundum mathei

Conuenerunt pharisei in unum et interrogauit ihesum unus ex eis legis doctor temptans eum magister quod est mandatum magnum in lege et cetera. Omelia iohannis crisostomi de eadem lectione

Conuenerunt in se et conuenerunt pharisei in unum ut multitudine uincerent quem ratione superare non poterant. Auctoritate nudos se esse professi sunt qui multitudine se armauerunt. Dicebant enim apud se unus loquatur pro omnibus ut si quidem uicerit omnes uideantur uictores si non uictus fuerit uel solus uideatur confusus. Lectio ii

O pharisei qui omnia prius homines congitatis et facitis primum estis quidem contentes cum uno uincendi estis primum tamen ponite quia uno ex uobis uicto homines non intelligant omnes uos esse uictos. Si uigilit esse quidem uos non senciunt uos esse confusus. Uelut enim est consolacio quod ipse ipso confusus est. quod ab aliis ignoratur.

Magister quod est mandatum magnum in lege. Magister uocat cuius non uult esse discipulus. Simplicius primus interrogat de magno mandato interrogat qui nec etiam minimum obseruat. Ille enim debet interrogare de maiore iusticia qui iam minorem compleuit. Capitulum

Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei que data est uobis in christo ihesu quia diuites facti estis in illo in omni uerbo et omni sciencia et cetera. Ad benedictus

Magister quod est mandatum magnum in lege ait illi ihesus diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo alleluia.

Da quesumus domine populo tuo diabolica uitare contagia et te solum deum pura mente sectari per dominum. Ad magnificat. Quid uobis uidetur de christo cuius filius est dicunt ei omnes dauid. Dicit eis ihesus quomodo dauid in spiritu uocat eum dominum dicens dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Dominica xix.

In illo tempore. Ascendens lectio secundum matheum

Ascendens ihesus in nauiculam transfretauit et uenit in ciuitatem suam et cetera. Omelia beati augustini episcopi de eadem

Ascendens in quit euuangelista nauiculam ihesus transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Creator rerum orbis dominus postquam se propter nos in carne angustiauit in carne cepit habere humanam patriam cepit ciuitatis iudaice esse ciuis. Lectio prima

Et principes huius temporis primum omnium te-
parentes ut imitaretur omnis amor ad
traheret caritas similitudinis affectio. sua-
det humanitas quos fugarat do-
minacionis metus dispersat et fecerat
eius parentes exteriores. Lectio tercia
Vel certe illius cause nave sibi fluc-
tuum quod navigantibus ascendit ut
credentes in se ad celeste patriam tran-
quilla navigacione perduceret et com-
municipes sue civitatis faceret quos huma-
nitatis sue fecerat esse consortes. Sicut corpus
xpi in digz navis. navis in digz xpo
quasi sit celestis gubernator. et navis
eterne prima in ... pe-lagi talis
et tanta dispensacio ad celeste
portum non valet pervenire. Capitulum
Fratres renovamini spiritu mentis vestre
et induite novum hominem qui secundum deum
creatus est in iusticia et sanctitate veri-
tatis. Ad benedictus. Dixit ihesus paraly-
tico confide fili remittuntur tibi peccata
Dirigat corda nostra ... tua. Collecta
Quesumus domine tue miseracionis operacio
quia tibi sine te placere non possumus
per. Ad magnificat. Tulit ergo lectum suum quo
iacebat magnificans deum et omnis
plebs ut vidit dedit laudem deo.

Dominica xx^a secundum Matheum

In illo tempore dicebat ihesus turbis
parabolam hanc. Simile est regnum
celorum homini regi qui fecit nupci-
as filio suo et cetera. Omelia beati gregorii pape
Tunc pater regi filio nupcias
fecit quo ei per incarnacionis misterium
sanctam sociavit ecclesiam. Uterus au-
tem genitricis virginis huius sponsi tha-
lamus fuit. Unde et psalmista
dicit. In sole posuit tabernacu-
lum suum. et ipse tamquam sponsus proce-
dens de thalamo suo. Lectio ii
Processit quippe ad coniungendam eccle-
siam sibi incarnatus deus. de incor-
rupto utero virginis exivit. Misit
ergo servos suos ut ad istas nup-
cias amicos invitarent. Misit
semel, misit iterum. Quia incarnacionis
dominice predicatores et prius prophetas
et post modum per apostolos fecit. Lectio iii
Bis itaque servos ad invitandum
... misit. quia incarnacionem uni-
geniti et per prophetas dixit
futuram. et per apostolos nunciavit
factam. Sed quia hii qui prius invitati
sunt ad nupcias convivium venire
noluerunt. In secundo invitacione iam
dicitur. Ecce prandium meum paravi. tau-
ri mei et altilia occisa sunt et omnia
parata. Quid in thauris vel altilibus
... nisi novi ac veteris
testamenti patres accipimus. Capitulum
Fratres videte itaque quomodo caute am-
buletis. non quasi insipientes sed ut
sapientes redimentes tempus quoniam dies
mali sunt. Ad benedictus. Dicite invitatis
ecce prandium meum paravi venite ad
nupcias dicit dominus. Collecta
Omnipotens et misericors deus universa

nobis adversancia propiciatus exclude ut mente pariter et corpore expediti que tua sunt liberis mentibus exequamur. Per.

adiungit Impietie quidem pate sunt sed qui in uitali fuerant non fuerunt digni ut ad exitus magis conquosti in nenci tis notate ad impietas dicit dominus

In illo tempore. Dominica xxi secundum Johannem. Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Et reliqua. Omelia beati Gregorii.

Querendum est nobis quid est quod is qui ad salutem petendam venerat audivit: Nisi signa et prodigia videritis non creditis. Certum enim eum salutem querebat pro filio, procul dubio credebat; neque enim ab eo quereret salutem quem non crederet salvatorem. Lectio ii. Quare ergo dicitur: Nisi signa et prodigia videritis non creditis, qui ante credidit quam signum videret? Sed mementote quid pecierit, et aperte cognoscitis quia in fide dubitavit. Poposcit namque ut descenderet et sanaret filium eius. Corporalem ergo domini presenciam querebat, qui per spiritum nusquam deerat. Lectio iii. Minus itaque in illo credidit quem non putavit salutem dare posse nisi presens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset, procul dubio sciret quia non esset locus ubi non esset deus. Ex parte ergo magna diffisus est, qui virtutem non dedit maiestati sed presencie corporali.

honoris

Et salutem itaque peciit filio, et tamen in fide dubitavit. Capitulum. Fratres confortamini in domino et in potencia virtutis eius. Induite vos armaturam dei ut possitis stare adversus insidias diaboli. Ad Benedictus. Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum; hic cum audisset quod Ihesus veniret in Galileam, rogabat eum ut descenderet et sanaret filium eius. Collecta. Largire quesumus domine fidelibus tuis indulgenciam placatus et pacem, ut pariter ab omnibus mundentur offensis et secura tibi mente deserviant. Per. Ad Magnificat. Cognovit autem pater quia illa hora erat in qua dixit Ihesus: Filius tuus vivit; et credidit ipse et domus eius tota. Dominica xxii secundum Matheum.

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum homini regi qui voluit racionem ponere cum servis suis. Et cum cepisset racionem ponere, oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Et reliqua. Omelia beati Augustini episcopi.

Qui semper requirenti petro non septies sed septuagies septies remittendum esse dominus peccanti fratri precepit, eciam similitudinem parabole intulit, faciens similitudinem regis et servi eius. Certum tamen in dominus tantum misericordie a domino suo fuisse conservus ut eciam in similiter

ei debitum donaretur. ipse conservo suo
in parvo debito facere misericordiam noluit
Unde nos in multo debitis tortoribus (?) Lectio
iustam penam dampnacionis excepit
eis enim tam nequam servus pati non
metuit qui cum tanta pietate circa se domini
sui compassionis sensit. ipse in conservum suum
tam impius et crudelis extitit. Lectio
Quo exemplo manifeste instruimur
et docemur quod nisi conservis nostris id est
fratribus peccantibus in nos peccata re-
mittamus. similiter pena dampnabimur.
Unde in persona regis ipsius filium
dei significatum agnoscimus cuius au-
xilio omne genus hominum in infinito
debito peccati obnoxium tenetur. Capitulum
Fratres confidimus quia domino Jesu quia
qui cepit in nobis bonum opus perfi-
ciet usque in diem Jesu Christi domini nostri. Ad
Benedictus Dixit autem dominus servo redde
quod debes. procidens autem servus ille
rogabat eum dicens patientiam ha-
be in me et omnia reddam tibi. Collecta
Familiam tuam quaesumus domine continua
pietate custodi. ut a cunctis adver-
sitatibus te protegente sit libera et in
bonis actibus tuo nomini sit devota.
Per. Ad magnificat. Serve nequam omne de-
bitum dimisi tibi quoniam rogasti me
nonne ergo oportuit et te misereri
conservi tui sicut et ego tui miser-
tus sum dicit dominus. Dominica xxiii. secundum Mattheum
In illo tempore abeuntes
pharisei consilium inierunt ut caperent

Jesum in sermone. Et reliqua. Omelia beati Jeronimi presbiteri
Redarguente domino perfidiam Iude-
orum sub benignitate parabolarum. Un-
de corrigi ad penitentiam debuerunt, et
scrutatorem cordium dominum cognoscen-
tes amare in inde (?) sine facibus at-
tensi (?) ad alia machinamenta in-
stigante diabolo convertuntur. Lectio
Ut qui de operibus in nullo reprehendere
convenerant, saltem in labiis reprehen-
sionis tenacula reperirent. Unde
evangelista subdendo manifestat di-
cens. Tunc abeuntes pharisei consilium
inierunt ut caperent Jesum in sermone. Lectio
Omnis malicia consuendo (?) eisdem
aliquociens sermone velatur. Unde
autem corrigitur maxime eos qui
proposito malo et non ignorantia
peccant. Quemadmodum enim si ali-
quis claudere voluerit aque currentis
meatum. sic licet exclusa fuerit aliqua
violentia aliunde sibi semitam
rumpit. Sic et eorum malignitas.
Fratres imitatores mei estote. Capitulum
et observate eos qui ita ambulant
sicut habetis formam nostram. Multi enim am-
bulant quos saepe dicebam vobis nunc
autem et flens dico inimicos crucis Christi.
Ad Benedictus Magister scimus quia ve-
rax es et viam dei in veritate doces alleluia.
Deus refugium nostrum et virtus. Collecta
Adesto quaesumus domine piis ecclesie tue precibus auctor
ipse pietatis. et presta ut quod fide-
liter petimus efficaciter consequamur. Per.

[Ad mag(nificat)] Reddite ergo que sunt cesaris
cesari et que sunt dei deo alleluia. [Dominica]
In illo tempore lo- [xxiiii secundum matheum]
quente ihesu ad turbas ecce unus
princeps accessit. et adorabat
eum dicens domine filia mea modo de-
functa est. sed veni impone manum
tuam super eam et vivet. Et reliqua. [Omelia]
Cum rogatus [venerabilis Bede presbiteri]
esset dominus a iairo principe synago-
ge. ut ad suscitandam filiam ipsius que
iam erat defuncta veniret nec re-
moratus est statim secutus est eum. Et ex-
[illegible] nos docuit esse in omni opere dei non pi-
gros debere. [lectio ii] Sed cum veniret dominus ad
puellam suscitandam. ecce inquit mulier
que fluxum sanguinis habebat annis. xii.
accessit retro et tetigit vestimentum
eius dicens. Quia si tetigero vestimen-
tum eius salva ero. Cum beata mulier
hec quam tanta perfecta fide filio dei credidit [lectio iii]
Non ante accessit sed retro accessit
nec pedes domini complexa est quia se
iudicabat indignam. sed nec supremis
vestimentorum eius tangere voluit nisi
fimbriam tamen ut humilitas humilius resti-
tuens ei hec ad salutem sufficere cre-
didit si vel fimbriam domini tangere me-
ruisset. Non ignoratis [illegible] [illegible] per za-
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] significat.
Fratres non cessamus pro vobis orantes [Capitulum]
et postulantes ut imple-
amini agnitione voluntatis dei in omni
sapientia et intellectu spirituali ut ambu-
letis digne deo per omnia placentes
[Ad Ben(edictus)] Dicebat enim intra se si tetigero
fimbriam vestimenti eius salva ero. [Collecta]
Excita domine quesumus tuorum fidelium volunta-
tes ut divini operis fructum propensi-
us exequentes pietatis tue reme-
dia maiora percipiant per. [Ad mag(nificat)]
Si tetigero fimbriam vestimenti eius sal-
va esse potero ab infirmitate mea. [Dominica]
In illo tempore [xxv secundum Iohannem]
Cum sublevasset oculos ihesus et vidisset
quia multitudo maxima venit ad eum dixit
ad philippum Unde ememus panes
ut manducent hii. Et reliqua. [Omelia venerabilis Bede]
Quod sublevasse oculos ihesus et venien-
tes ad se multitudines vidisse perhibetur divine
pietatis indicium est. Quia videlicet
cunctos ad se venire querentibus gratia
misericordie celestis occurrere consuevit. et ne
querendo errasse posset lucem sui spiritus
aperire credentibus dignatus est. [lectio ii]
Nam quod oculi ihesu dona spiritus eius
mystice designant testatur iohannes
in apocalipsi. Siquidem loquens de illo
[illegible] in quasi agnum stantem tanquam occisum
habentem cornua vii. et oculos vii. qui
sunt spiritus dei missi in omnem terram. Sed quis ei
dubitare debeat [illegible] [illegible] [illegible]
tem qui eduxit panem de terra et vino
letificaret cor hominis. [lectio iii] Quinque autem
panes quibus multitudo pasta est
intelliguntur quinque libri moysi quibus
spiritualiter intellectis patefactis et ab
[illegible] [illegible] sensu multiplicatis

Auditores fidelium cotidie corda reficit
Cum bti ordeacei fuisse refert(ur) q(uon)i(am) mi
nus austeriora legis edicta Cap(itulu)m
Ecce dies veniunt dicit d(omi)n(u)s et suscitabo
david germen iustum et regnabit rex
et sapiens erit et faciet iudicium et
iusticiam in terra Ad ben(edictus) Cum sublevasset
oculos ih(esu)s et vidisset maxima multi
tudine venientem ad se dixit ad phi
lippum unde ememus panes ut man
ducent hii hoc aut(em) dicebat temp
tans eum ipse enim sciebat quid esset
facturus Coll(ecta) Excita d(omi)ne potenciam tu
am et veni et q(uo)d ecclesie tue promisisti
usq(ue) in finem s(e)c(u)li clementer operare Qui
vivis Ad mag(nificat) an(tiphona) Illi ergo homines
cum vidissent q(uo)d fecerat signum dice
bant quia hic est vere p(ro)ph(et)a qui ven
turus est in mundum In dedicacione
ecc(lesi)e Ad vesperas an(tiphona) sup(er) ps(almos) Sanc
tificavit d(omi)n(u)s tabernaculum suum hec est
domus dei in qua invocabit(ur) nomen ei(us)
de qua scriptum est erit nomen meum
ibi dicit d(omi)n(u)s ps(almi) de die cap(itulu)m
Vidi civitatem s(an)c(t)am ier(usa)l(e)m novam des
cendentem de celo a deo paratam sicut
sponsam ornatam viro suo R(esponsorium) Terri
bilis est locus iste Ym(nus) Urbs bea
ta ier(usa)l(e)m V(ersus) Beati q(ui) habitant in domo tua
Ad mag(nificat) an(tiphona) Quam metuendus est
locus iste vere non est hic aliud nisi
domus dei et porta celi Collecta
Deus qui nobis per singulos annos
huius sancti templi tui consecra
tionis reparas diem et sacris semp(er) mi
steriis representas incolumes ex
audi preces populi tui et presta ut quis
quis hoc templum beneficia petitu
rus ingreditur cuncta se impetrasse
se letetur P(er) d(omi)n(u)m. Obitu ponti
ficis posita d(omi)nica et de s(an)c(t)i
tate si ... Completorium
ym(nus) Te lucis ante t(erminum) An(tiphona) ad nu(n)c
Pax eterna ab eterno patre huic
domui pax perhennis verbum patris
sit pax huic domui pacem pius
consolator prestet huic domui In
vitatorium Filie syon currite
adsunt enim celebria matris
sollempnia Iubilemus regi deo
nostro unanimes qui sibi eam
sociavit? elegit clemencia Ps(almus) Venite
In n(octurno) Templum h(oc) s(an)c(tu)m ingredientes
pre(ces) exaudi d(omi)ne In i° n° an(tiphona)
Tollite portas principes vestras
et elevamini porte eternales Ps(almus)
D(omi)ni est terra An(tiphona) Erit michi d(omi)n(u)s
in deum et lapis iste vocabit(ur) do
mus dei Ps(almus) Deus n(oste)r re(fugium) An(tiphona) E
dificavit moyses altare d(omi)no
deo Ps(almus) Magnus d(omi)n(u)s V(ersus) Beati q(ui)
Beate festa ecclesie co habitant Lco
lunt qui se ecclesie filios esse cog
noscunt hec enim credencium ma
ter est que natos ad mortem
regenerat ad salutem hec est quedam
post synagogam vocata sed ante
synagogam promissa hec ipso

tionem prefigurata est. R. In dedica-
tione templi decantabat populus
laudem et in ore eorum dulcis reso-
nabat sonus. V. Fundata est do-
mus domini super verticem montium et
exaltata est super omnes colles. Et
Nam sicut ecclesia a deo fabrica-
ta est etiam nova lex ex corpore xpi
et voluntate rebaptizata creavit eam
quam intra archam in inundante di-
luvio servata trinas binitim et
baptismatis misterium prefiguravit
quam Sara sterilis et desperata in
senectute mirabili promissione fecunda
peperit. V. Fundata est domus
domini super verticem montium et exal-
tata est super omnes colles. Et ve-
nient ad eam omnes gentes et di-
cent gloria tibi domine. V. Benedic domine
domum istam quam edificavi nomini tuo.
Ecclesia enim unita id est dilatata
sinum decor plurimum seculo iam senes-
cente congemuit. Hec est illa re-
gina de qua ad dominum dicitur: Asti-
tit regina a dextris tuis in vesti-
tu deaurato circumdata varie-
tatibus id est diversarum preciosarum cir-
cumdata decore virtutum. R. Benedic
domine domum istam quam edificavi
nomini tuo venientium in loco isto
exaudi preces in excelso solio
glorie tue. V. Cum regis ipsi i ten-
de qui dedicans nec (?) one io-
sephi exaudi. In ii nocturno antiphona Non

est hic aliud nisi domus dei et por-
ta celi. Ps. Quam dilecta. Antiphona Vidit
iacob scalam summitas eius celos
tangebat et descendentes angelos
et dixit vere locus iste sanctus est. Ps.
Fundamenta. Antiphona Erexit iacob la-
pidem in titulum fundens oleum
desuper. Ps. Domine deus salutis. V. Funda-
Hec est illa regina. Ita est domus. Lc.
que venit a finibus ethiopie audi-
re sapientiam salomonis. Et hec non tam
a bona regione quam ex diversis
mundi partibus reges primaria convenit
quam etiam evangelista commemorat
dicens: Regina austri venit a fi-
nibus terre audire sapientiam salomonis.
R. O quam metuendus est locus iste
vere non est hic aliud nisi domus dei
et porta celi. V. Mane surgens ia-
cob votum vovit domino et dixit. Ve-
Venit ecclesia ad redemptorem et
eruditorem suum inter destructiva er-
roris doctrina propter veritatis
dei hic plenius regiorum sumbit hys-
toria ita dicens: Et ingressa re-
gina in ierusalem cum multo comitatu
et divitiis cum camelis portantibus
aromata et aurum infinitum nimis
et gemmas preciosas. R. Domus mea
domus orationis vocabitur dicit dominus.
In ea omnis qui petit accipit et qui
querit invenit et pulsanti aperietur. V.
Petite et accipietis querite et in-
venietis. Et aperi(etur). Venit ad salo-

more et locuta est ei universa que sub
habebat in corde suo. Venit etiam ex extre
mis finibus terre in ponderibus cum opu
lentis vicinos tremens ut audiret
sapientiam veri pacifici quam sortitur nunc
unum. Vs. Mane surgens iacob erige
bat lapidem in tytulum fundens ole
um desuper votum vovit domino. Vere locus
iste sanctus est et ego nesciebam. Vs. Cum
que evigilasset iacob de sompno ait
vere locus. In III noct. Ant. Cum iocunditate
adiutorio altissimi in protectione
dei commorabitur. Ps. ipsum. Ant. Templum
domini sanctum est dei cultura est dei edi
ficatio est. Ps. Cantate i. Ant. Benedicta
gloria domini de loco sancto suo alleluia.
Vs. Domine dilexi decorem. Vs. Domine dilexi de
In illo tempore. Egressus. Lucas xix.
Ihesus perambulabat iericho. Et ec
ce vir nomine zacheus et hic erat
princeps publicanorum et ipse dives
Et reliqua. Omelia venerabilis Bede presbiteri.
Que impossibilia sunt apud homines
possibilia sunt apud deum. Ecce enim
camelus deposita gibbi sarcina
per foramen acus transit, hoc est dives
et publicanus relicto honore divi
tiarum contempto censu fraudium
angustam portam artamque viam
que ad vitam ducit ascendit. Cum
mira devotione fidei ad videndum
salvatorem quod natura minus
habebat ascensu supplevit arboris
atque ideo iuste quamvis ipse
rogare non audeat benedictionem
dominice susceptionis quam desidera
bat accepit. Vs. Lapides pretiosi
omnes muri tui et turres ierusalem
gemmis edificabuntur. Vs. Civitas autem iherusalem de
scendentem [illegible] universa secreta celi
tuens civitatem [illegible] dixit. Et
Mistice autem zacheus qui interpre
tatur iustificatus credente ex genti
bus populum significat. Qui quanto
curis secularibus occupatior tanto
flagitiis deprimentibus erat factus hu
milior. Sed ablutus est sed sanctifica
tus est in nomine domini nostri ihesu christi
et in spiritu dei nostri. Qui intrantem
iericho salvatorem videre quere
bat sed pre turba non poterat. Quia gra
tiam fidei quam mundo salvator attu
lit participare cupiebat, sed inolita
viciorum consuetudo ne ad votum
perveniret obsistebat. Eadem namque
turba noxie consuetudinis que
superius cecum clamantem ne lumen pe
teret increpabat etiam suspicien
tem publicanum ne ihesum videat
turbat. Sed sicut cecus turba deter
rente magis ac magis clama
do devicit, ita pusillus iste
turbe noxie obstaculum alcio
ra petendo transcendat terrenaque re
linquat arborem crucis ascendat.
R. Audi domine ymnum et orationem
quam famuli tui orant coram te hodie ut sint oculi tui aperti et aures tue intente super domum istam die ac nocte.
Vs. Custodiant angeli tui servos tuos et
oratione cum oraverint manus tue domine.
Vs. Sanctifica tua domine nunc [illegible]

et dicimus. Beati qui habitant in domo
Sichomorus nempe silvestra. Gen. sco
que est arbor foliis moro similis
sed altitudine prestans. unde et
a latinis celsa nuncupatur. ficus
fatua dicitur. Et eadem dominica crux
credentes alit ut ficus. ab in-
credulis autem irridetur ut fa-
tua. Nos autem predicamus inquit
apostolus Christum crucifixum. iudeis
quidem scandalum. gentibus autem
stulticiam. ipsis autem vocatis in-
deis atque gentibus Christum dei vir-
tutem et dei sapienciam. Crucem vide-
licet arborem pusillus statura
zacheus. quo exaltari posset
ascendit. Cui quilibet humilis
et particeps humilitatis quisque consedes
in domo proclamat. Michi autem
absit gloriari. nisi in cruce domini
nostri ihesu christi. R. Terribilis est
locus iste non est hic aliud nisi
domus dei et porta celi. V. Vere etenim
dominus est in loco isto et ego nes-
ciebam. V. Cumque evigilasset iacob
quasi de gravi sompno ait. Vere
R. Hec est domus domini funda-
ta supra firmam petram. Laudes an.
Domum tuam domine decet sanctitudo
in longitudine dierum. An. Domus mea
domus orationis vocabitur. An. Hec
est domus domini firmiter edifica-
ta bene fundata supra firmam pe-
tram. An. Lapides preciosi omnes

muri tui et turres ierusalem gemmis edi-
ficabuntur. An. Bene fundata est do-
mus domini supra firmam petram. Cap. Vidi
civitatem. R. sup. i. ws. V. Domus mea
domus orationis vocabitur. Ad Benedictus
Mane surgens iacob erigebat
lapidem in titulum fundens oleum
desuper votum vovit domino. Vere locus
iste sanctus est et ego nesciebam. Coll.
Deus qui nobis per singulos. Deinde
dnica. depsi t in R. de sco martino
O quantus luctus. martini fuit pallio
Ad horas an. de laudibus. ad primam ps.
Confitemini. W. 8. ad terciam capitulum.
Audivi vocem magnam de trono
dicentem. ecce tabernaculum
dei cum hominibus. et habitabit cum eis
et ipsi populus eius erunt. et ipse deus
cum eis erit eorum deus. R. Beati qui
habitant in domo tua domine. V. In secula
seculorum laudabunt te. V. Fundata est
domus. Sciendum quod hic dicitur pro-
cessio ut dominica die secundum cantatur ad
processionem eundo R. Terribilis
et V. redeundo ad chorum cantatur
an. Pax eterna. V. Beati qui. Coll. Do-
mum tuam quesumus domine. Ad vi. cap.
Et absterget deus omnem lacri-
mam ab oculis eorum. et mors ultra
non erit neque luctus neque cla-
